q Vam cōſuetudinē maſilientiū nō ī Gallia ortā: ſed e Græcia trāſlatā inde exiſtimo: quod illā etiā ī inſulā cæa ſeruari aīaduertit: quo tēpore Aſiā cū Sexto Pōpeio petēs iulidæ oppidū intraui forte. n. tūc euenit ut ſūmæ dignitatis ibi fœmīa: ſed ultimæ iā ſenectutis reddita rōe ciuibus cur excedere uita deberet: ueneno cōſumeř ſe deſtinauit: mortēq; ſuā Pōpeii præſētia clariorem fieri magni æſtimauit: Nec preces eius uir ille ut oībus uirtutibus ita humāitatis quoque laudibus īſtructiſſimus aſpnari ſuſtinuit: uenit itaq; ad eā facūdiſſimoq; ſermone q ore eius quaſi e beato quodā eloquētiæ fōte manabat: ab īcepto cōſilio diu nequicquā reuocare conatus ad ultimū ꝓpoſitum exequi paſſus eſt: quæ nonageſſimum annum trāſgreſſa cum ſumma & animi & corporis ſincæritate: lectulo quantū digno ſcere erat quotidiana cōſuetudine cultius ſtructo recubās: & innixa cubito: tibi inquit Sexte Pompei dii magis quos relinquo: quā quos

2009 Ministerio de Cultura

peto gratias referant: qa nec hortator uitæ meæ nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti: cæterum ipſa hilarẽ fortunæ uultũ ſemp expta: ne aui ditate lucis triſtem ĩtueri cogar: reliqas ſpiritus mei ꝓſpero fine duas filias & unum nepotũ gregẽ relictura ſupſtitem pmitto. Cohortata deĩde ad cõcordiam ſuos diſtributo eis patrimonio & cultu ſuo ſa criſq; domeſticis maiori filiæ traditis poculũ ĩ quo uenenũ tẽperatũ erat. cõſtanti dextera arripuit: Tunc defuſis mercurio delibamentis & ĩuocato numine eius: ut ſe placido itinere ĩ meliorẽ ſedis infernæ deduceret partẽ: cupido hauſtu mortiferã traxit potionẽ: ac ſermone ſignificãs quaſnã ſubide partes corporis ſui rigor occuparet: quom iã uiſceribus eũ & cordi ĩmineř eſſet locuta: filiaꝝ manus ad ſupremũ opprimendoꝝ oculoꝝ officiũ aduocauit: noſtros autem tam & ſi no uo ſpectaculo obſtupefacti erant: ſuffuſos tam̃ lachrymis dimiſit.

De ritu maſilienſiũ quod nullus ĩtrare auderet ciuitatẽ ſuã.

ſ Ed ut ad maſiliẽſiũ ciuitatẽ unde ĩ hoc diuerticulũ exceſſi: re uertar: ĩtrare oppidũ eoꝝ nulli cũ tælo licet: præſtoq; eſt qui id cuſtodiæ gratia acceptũ exituro reddat: ut hoſpitia ſua quẽadmo dũ aduenĩẽtib⁊ humana ſunt: ita ipſis quoq; tuta ſint.

De more quem obſeruabant Galli.

h Orum mœnia egrſſo uetus ille mos galloꝝ occurrit: quos me moria ꝓditũ eſt: pecunias mutuas: qui his apud inferos red derentur dare: quia pſuaſum habuerint animas hominũ ĩmortales eſſe: dicerẽ ſtultos niſi idem bracati ſenſiſſent: quod palliatus pytha goras credidit.

De Gallis.

a Vara & fœneratoria Galloꝝ philoſophia alacris & fortis cim broꝝ & celtiberoꝝ q in acie gaudio exultabant tãquã glorioſe & feliciter uita exceſſuri: lamentabanť ĩ morbo quaſi turpiter & mi ſerabiliter perituri.

De Celtiberis.

c Eltiberi etiã nephas ducebãt eſſe prælio ſupereſſe: quõ is occi diſſet: ꝓ cuius ſalute ſpiritũ deuouerãt: laudãda utroꝝ q̃ po puloꝝ animi præſtãtia: quod & pr̃iæ ĩcolumitatẽ fortiter tueri & fidẽ amiciciæ cõſtãter præſtãdũ arbitrabanť.

De Thracia.

t Hraciæ uero illa natio merito ſibi ſapiẽtiæ laudes uendicaue rit: quæ natales hominum flebiliter exequias cũ hilaritate ce lebrat ſine ullis doctoꝝ præceptis: uerum cõditionis noſtræ habitum ꝓuidit. Remoueatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo

2009 Ministerio de Cultura

uitæ quæ multa & facere & pati turpiter cogit: ſi ea mortua aliquãto eius felicior ac beatior reperietur finis.

De moribus & ritu lycium.

q Vo circa recte lycii cum iis luctus icidit muliebrẽ ueſtẽ idu unt: ut deformitate cultus cõmoti maturius ſtultum ꝓiicere merorem uelint.

De fœminis indicis.

u Erum quid ego fortiſſimos in hoc genere prudẽtiæ uiros lau dẽ? Reſpiciant indoꝝ fœminæ: quæ cum more patrio cõplu res eidem nuptæ eſſe ſoleant: mortuo marito in certamen iudicium que ueniunt quã ex iis maxime dilexerit: uictrix gaudio exultans de ductaq; a neceſſariis lætum præferentibus uultum cõiugis ſe flamis ſuperiacit: & cũ eo tanquã feliciſſima crematur: ſuperatæ cũ triſticia & mœrore in uita remanent. protrahe ĩ mediũ cimbricã audaciam: adiice celtibericam fidem: iunge animoſã Thraciæ ſapientiã: annec/te lycioꝝ in luctibus abiiciendis callide quæſitã rationẽ: Indico tamẽ rogo nil eoꝝ præferes: quem uxoris pietas in modum genialis thori propinquæ mortis ſecura conſcendit.

De punicis fœminis & fano Veneris.

c Vius gloriæ punicarum fœminarum ut ex cõparatione turpi us appareat dedecus ſubnectã. Siccæ enim fanũ Veneris ẽ: in quod ſe matronæ conferebant: atq; inde ꝓcedentes quæſtum do/tis corporis iniuria cõtrahebant honeſta nimirũ tam inhoneſto uin/culo coniugia iuncturæ.

De inſtituto ꝓbabili pſaꝝ.

n Am pſaꝝ admodum inſtitutum fuit: quod liberos ſuos non prius aſpiciebant: quam ſeptimum impleſſent annum: quo paruuloꝝ amiſſionẽ æquiore animo ſuſtinerẽt.

De Numidis.

n E Numidæ quidem reges uituperandi: qui more gentis ſuæ nulli mortaliũ oſculũ ferebãt. Quicquid. n. ĩ excelſo faſtigio poſitum eſt; humili & trita conſuetudine quo ſit uenerabilius uacuũ eſſe cõuenit.

De Diſciplina militari. Capitulũ ſecundum.

u Enio nũc ad præcipuũ decus & ad ſtabilimentũ Roma ni ĩperii ſalutari pſeuerãtia ad hoc tẽpus ſincaꝝ & inco lume ſeruatũ militaris diſciplinæ tenaciſſimũ uinculũ: ĩ cuius ſinu ac tutela ſerenus trãquilluſq; beatæ pacis ſtatus aqeſcit.

De Scipione.

p Vblius Cornelius. Scip. cui deleta carthago auitũ cognomẽ

2009 Ministerio de Cultura

dedit: cõſul ĩ hiſpaniã miſſus: ut ĩſolẽtiſſimos numantinæ urbis ſpi
ritus ſuperioꝝ ducũ culpa nutritos cõtunderet. eodem tẽporis mom̃
to quo caſtra intrauit: edixit: ut omnia ex his quæ uoluptatis cauſa
cõparata erãt: auferentur: ac ſummouerentur. Nã cõſtat tum maxi
mũ inde inſtitorum & lixaꝝ numerũ cum duobus millibus ſcortoꝝ
abiiſſe. Hac turpi atque erubeſcẽda ſẽtina uacuefactus exercitus no
ſter: qui paulo ante metu mortis deformi ſe fœderis ictu maculaue
rat: erecta uirtute recreataq; acrẽ illã & aĩoſã numantiã ĩcendiis exu
ſtã ruiniſq; proſtratã ſolo æquauit. Itaque neglectæ diſciplinæ milita
ris ĩdiciũ Mancini miſerabilis deditio ſeruatæ mercæs ſpecioſiſſimus
Scipionis triumphus extitit.

De Metello.

e Ius ſectã Metellus ſecutus cũ exercitũ ĩ Aphrica iugurthino
bello nimia Spurii Albini ĩdulgẽtia corruptũ cõſul accepiſſet
oĩbus ĩperii neruis ad reuocãdã priſtinæ diſciplinã militiæ cõniſus ẽ:
nec ſingulas partes appræhẽdit. ſed totã cõtinuo ĩ ſtatũ ſuum r̃degit
protinus nãq; lixas e caſtris ſũmouit: cibũq; coctũ uenalẽ propõi ue
tuit ĩ agmine neminẽ militũ miniſterio ſeruoꝝ iumentorũq; ut arma
ſua & alim̃ta ipſi ferrent: uti paſſus eſt. Caſtroꝝ ſubinde locũ muta
uit. Eadẽ tãquã Iugurtha ſemp adeſſet uallo foſſaque aptiſſime cin
xit. Quid ergo reſtituta cõtinentia: quid repetita ĩduſtria ꝓfecit? Cre
bras ſcilicet uictorias & multa trophæa pepit ex eo hoſte: cuius tergũ
ſub ambitioſo imperatore Romano militi uidere nõ contigerat.

b Ene etiam illi diſciplinæ militari affuerunt: qui neceſſitudinũ
præruptis uinculis ultionẽ uindictãq; læſæ cũ ignominia do/
muũ ſuaꝝ exigere non dubitauerunt. Nam. P. Rutilius cõſul eo bel
lo quod in Sicilia cum fugitiuis geſſit. Q. Fabius generũ ſuũ quia
negligentia taurominitanam arcẽ amiſerat: ꝓuincia iuſſit decedere.

De Cotta.

n Am. C. Cotta. P. Aurelium Fuluium pecuniolam ſanguine
ſibi iunctũ: quẽ obſidioni liparitanæ ad auſpicia repetenda
Meſanã trãſiturus præfecerat. uirgis cæſũ militiæ mũere ĩter pedites
fungi coegit: quod eius culpa ager ĩcenſus & pœne caſtra erãt capta.

De Quinto Fuluio.

q Vintus etiam Fuluius Flaccus cenſor? Fuluium fratrẽ cohor
tem legionis in qua tribunus militũ erat: iniuſſu cõſulis do/
mum dimittere auſũ ſenatu ammouit. tam digna exẽpla tã breuiter



2009 Ministerio de Cultura

niſi maioribus urgere non referrentur.

q Vid.n.eſt tam difficile factu quã copulatæ ſocietati generis & imagine deformẽ in patriam reditũ idicere: aut cõmunióí nominis ac familiæ ueteris ꝓpinquitatis ſerie cohærenti uirgaꝝ con/ tumelioſa uerbera adhibere: aut Cenſorium ſupcilium aduerſus fra ternam caritatem diſtringere: dent᷑ hæc ſingula quãuis claris ciuita/ tibus abunde tamẽ gloria diſciplinæ militaris inſtructæ uidebunt᷑.

a T noſtra urbs quæ omni genere mirificoꝝ exẽploꝝ totũ orbẽ terraꝝ repleuit: Imperatoꝝ ꝓprio ſanguine manãtes ſecures ne turbato militiæ ordine uindicta deeſſet: e caſtris publice ſpecioſas priuatim lugubres duplici uultu recepit: Incerta gratulandi prius an lugendi officio fungeretur. Igitur ego quoq; hæſitãte animo uos bel licaꝝ reꝝ ſeueriſſimi cuſtodes. Poſtumi Tiburte & manli Torquate memoria ac relatione cõplector: quia animaduerto fore: ut pondere laudis quã meruiſtis obrutus magis imbecilitatẽ ĩgenii mei detegã: quã ueſtrã uirtutẽ ſicut par eſt repræſentẽ. Tu nanq; Poſtumi dicta tor Aulũ Poſtumiũ quẽ ad generis penetraliũq; ſacroꝝ ſucceſſionem ꝓpagandã genueras: cuius ĩfãtiæ blandimẽta ſinu atq; oſculis foue/ ras: quẽ puerũ litteris: quẽ iuuenẽ armis ĩſtruxeras: ſanctũ: fortem: amantẽ tui pariter ac patriæ: quia nõ tuo iuſſu: ſed ſua ſponte præ/ ſidio ꝓgreſſus hoſtes fuderat uictorẽ ſecuri feriri iuſſiſti. & ad hec ĩpium pagendũ paternæ uocis miniſterio ſufficere ualuiſti: nã ocu/ los tuos certum ſcio clariſſima i luce tenebris offuſos ingens opus ani mi ĩtueri nequiuiſſe. Tu aũt manli Torquate latino bello conſul fi lium quod ꝓuocãtus a Geminio Mæcio duce tuſculanoꝝ ad dimicã dum te ignaro deſcenderat: glorioſam uictoriã & ſpecioſa ſpolia refe rentem abripi a lictore & in modũ hoſtiæ mactari iuſſiſti: ſatius eſſe iudicans patrem forti filio quam patriam militari diſciplina carere.

De Lucio Quintio Cincinato.

a Ge quãto ſpiritu putamus uſũ. L. Quintiũ Cincinatũ dicta torem eo tẽpore quo deuictis æquiculis & ſub iugũ miſſis. L. Minuciũ conſulatũ deponere coegit: quod caſtra eius hoſtes ĩdẽ ob ſederãt: ĩdignum.n.maxio ĩperio credidit: quẽ nõ ſua uirtus: ſed foſ ſa uallũq; tutũ præſtiterat: cuiq; uerecũdiæ nõ fuerat arma romana metu trepida clauſis portis cõtineri: ergo ĩperioſiſſimi duodecim fa/ ſces penes quos ſenatus & equeſtris ordĩs & uniuerſe plebis ſũmũ

2009 Ministerio de Cultura

decus erat. quorũque nutũ Latium: ac totius Italiæ uires regebãtur: cõtuſi atque fracti dictatoriæ ſe animaduerſioni ſubſtrauerũt: ac ne inulta foret gloria militaris conſul delicti omnis uindex punitus eſt.

h Is: ut ita dicam: piaculis Mars ĩperii noſtri pater: ubi aliqua ex parte a tuis auſpiciis degeneratũ erat: numẽ tuũ ꝓpiciabatur: affinium & cognatoꝝ & fratrũ nota filiorũque ſtrage ingnomioſa conſulum euitatione.

De Papiro.

e Iuſdem ordinis quod ſeqtur Papirius dictator quum aduerſus ĩperiũ eius. Q. Fabius Rutilianus magiſter equitũ exercitum ĩ aciẽ eduxiſſet: quãquã fuſis ſamnitibus ĩ caſtra redierat: tam̃ neq; uirtute eius neq; ſucceſſu neq; nobilitate motus uirgas expediri: eũque nudari iuſſit. O ſpectaculum admirabile: & Rutilianus & magiſter eqtũ & uictor ſciſſa ueſte ſpoliatoq; corpore lictorũ ſe uerberibus lacerandũ præbuit: ut ĩ acie exceptoꝝ uulnerum nodoſis ictibus cruore renouato uictoriarum quas modo ſpecioſiſſimas adeptus erat: titulos reſpergeret precibus deinde ſui exercitus occaſionem Fabio cõfugiendi ĩ urbem dedit: ubi fruſtra ſenatus auxilium ĩplorauit Nihilominus enim Papirius ĩ exigenda pœna perſeuerauit: itaq; coactus eſt pater eius poſt dictaturam tertiũq; conſulatũ rem ad populum deuocare: auxiliumque tribunorũ plebis ſupplex pro filio petere: neq; hac re ſeueritas Papirii refrænari potuit. Ceterũ quũ ab uniuerſis ciuibus & tribunis plebis rogaretur: teſtatus ẽ: nõ pœnam illã ſe Fabio. ſed populo Romano & tribunorum concedere poteſtati.

De. L. Calphurnio.

l Vtius quoq; Calphurnius Piſo cõſul cũ ĩ Sicilia bellũ aduerſus fugitiuos gereret: & Titius eqtũ præfectus fugitiuorum multitudine hoſtiũ circũuentus arma his tradidiſſet. his præfectũ ignominiæ generibus affici iuſſit. eũ toga laciniis abſciſſis amictum diſtinctaq; tunica indutũ nudis pedibus a mane noctẽ uſq; ad prĩcipia ꝑ omne tẽpus militiæ adeſſe ĩterdixit etiã ei cõuictũ hominũ uſũque balneaꝝ: turmaſq; eqtum: qbus præfuerat adẽptis equis ĩfunditoꝝ alas trãſcripſit. magnum ꝓfecto dedecus patriæ: magno Piſonis decore uindicatũ eſt: quoniã qdem id egit Piſo: ut qui cupiditate uitæ adducti cruce digniſſimis fugitiuis trophæa de ſe ſtatuere conceſſerant: libertatiq; ſuæ ſeruili manu flagitioſum imponi iugum nõ erubuerãt: amarũ lucis uſum experirentur mortẽque quã effœminate



2009 Ministerio de Cultura

timuerant: uiriliter optarent. De. Q. Meſſio.

n Ec minus Piſone acriter. Q. Meſſius qui quũ apud Trebiã res gereret: collocatas a ſe in quadã ſtatione quinq; cohortes atq; ex ea uiribus hoſtium depulſis repetere eãdem ſtationem ueſtigio iuſſit: non quod ſperaret ab iis amiſſum locum recuperari poſſe: ſed: ut præteritæ culpam pugnæ inſequentis certaminis manifeſto periculo puniret: edixit: etiã; ut ſiquis ex his fugiens caſtra petiſſet: ꝓ hoſte interficeret: qua ſeueritate compreſſi milites corporibus fatigatis: & animis deſperatione uitæ implicatis loci tamen iniquitaté multitudinemq; hoſtium ſuperarunt: humanæ igitur imbecillitatis efficaciſſimũ duramentũ eſt neceſſitas. De. Q. Fabio.

i N eadem ꝓuincia. Q. Fabius Maximus ferociſſimæ gentis animos cõtundere & debilitare cupiens mãſuetiſſimũ igeniũ ſuũ ad tempus depoſita clæmentia ſeuiore uti ſeueritate coegit: omnium. n. qui ex præſidiis Romanorum ad hoſtes transfugerant: captiq; erant. manus abſcidit: ut trunca præ ſe brachia geſtantes: metũ defectionis reliquis iniicerent: rebelles itaq; manus a corporibus ſuis diſtractæ: inque cruentato ſolo ſparſæ cæteris ne idé cõmittere auderent: documẽto fuerũt. De Africano ſuperiore.

n Ihil mitius ſuperiore Africano: is tamé ad firmandã diſciplinam militarem aliquid ab alieniſſima crudelitate ſibi amaritudinis mutuandũ exiſtimauit: ſiquidé deuicta carthagine quum oẽs qui ex noſtris exercitibus ad pœnos tranſierant: ĩ ſuã poteſtatem redegiſſet: grauius ĩ romanos quam in latinos transfugas animaduertit. Hos. n. tanquã patriæ fugitiuos crucibus affixit. Illos aũt tanquã perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Non ꝓſequar hoc factum ulterius: & qa Scipionis eſt: & quia Romano ſanguini: q̃uis merito ꝑpeſſo ſeruile ſuppliciũ ĩſultare nõ attinet. Quũ præſertim trãſire ad ea liceat: quæ ſine domeſtico uulnere geſta narrari poſſunt.

De Africano Poſteriore.

n Am poſterior Africanus euerſo punico imperio exterarꝫ gentiũ trãſfugas ĩ edẽdis populo ſpectaculis feris beſtiis obiecit.

e T. L. Paulus Perſe rege ſupato eiuſdé generis & culpæ homines elephãtis ꝓterendos ſubſtrauit utiliſſimo quidem exemplo: ſi tamé acta exceletiſſimorum uirorum humiliter æſtimare ſine inſolẽtiæ reprehẽſione ꝑmittitur: Aſpero enim & abſciſſo caſtigatõis

2009 Ministerio de Cultura

genere militaris diſciplina īdiget: quia uires armis conſtant: quæ ubi a recto itinere deſciuerint: oppreſſura ſunt: niſi opprimantur.

De. L. Martio tribuno militum.

ſ Ed tēpus ē eoꝝ quoq; mentionē fieri: quæ iā nō a ſingulis uerum ab uniuerſo ſenatu ꝓ militari more obtinendo defendendoque adminiſtrata ſunt. L. Martius tribunus militū quū reliquias duoꝝ exercituū Publii & Cnei Scipionum quos arma punica ī hiſpania abſūpſerāt: diſpſas mira uirtute collegiſſet: earūq; ſuffragiis dux eſſet creatus: ſenatui de rebus actis a ſe ſcribēs in hūc modū orſus ē. L. M. ꝓpretor cuius honoris uſurpatione uti eū patrib⁹. C. nō placuit: quia duces a populo nō a militibus ſolerēt creari: quo tēpore tam īiuſto tāq; graui ꝓpter immane. R. P. dānū etiā tribunus militū adulandus erat qm̄ qdē ad ſtatū totius ciuitatis corrigēdū unus ſufficerat: ſed nulla clades nullū meritū ualētius militari diſciplina fuit.

ſ Vccurrebat enim illis quā animoſa ſeueritate tarentino bello maiores eoꝝ uſi fuiſſēt In quo quaſſatis & attritis reip. uirib⁹ quum magnū captiuoꝝ ciuiū ſuoꝝ numeꝝ a Pyrrho rege ultro miſſum recipiſſēt: ꝺcreuerūt: ut ex his q equo meruerāt peditū numero militarēt: q pedites fuerāt ī fūditoꝝ auxilia tranſcriberent: neue qs eoꝝ ītra caſtra tēderet: neue locū extra aſſignatū uallo aut foſſa cigeret neue tentoꝝ expellib⁹ haberet. recurſū aūt. iis ad priſtinū militiæ ordinē ꝓpoſuerunt: ſi qs bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet: qbus ſuppliciis cōpreſſi ex ꝺformib⁹ Pyrrhi munuſculis acerrimi hoſtes extiterūt

p Arem irā aduerſus illos ſenatus diſtrixit: q apud cānas rēp. deſeruerūt. Nā cū eos grauitate decreti ultra mortaliū condicionem relegaſſet: acceptis a. M. Marcello litteris ut eoꝝ ſibi opa ad expugnationē ſyracuſanoꝝ uti liceret: reſcripſit īdignos eſſe q ī caſtra recipent. Cæteꝝ ſe ei pmittere: ut faceret qđ expedire reip. iudicaſſet dū ne qs ex eis munere uacaret: aut dono militiæ donaret aut ī Italiā donec hoſtes ī ea eſſēt: accederet: Sic enerues aios odiſſe uirtus ſolet

a Ge quā grauiter ſenatus tulit quod. P. Quintū Petilium cōſulē fortiſſime aduerſus ligures pugnantem occidere milites paſſi eſſēt: legioni neq; ſtipendiū anni ꝓcedere: neq; æra dari uoluit. quia ꝓ ſalute iperatoris hoſtiū tælis ſe non obtulerāt. Idq; decretum ampliſſimi ordinis ſpecioſum & æternū Petilii monumētum extitit: ſub quo in acie morte: in curia ultione clari cineres eius aquieſcunt.



2009 Ministerio de Cultura

c Onſimili animo quũ ei Annibal ſexmillia Romanoꝝ capta ĩ caſtris habebat redimendoꝝ poteſtatem feciſſet: condicionẽ ſpreuit: memorq; tantam multitudinem armatorum iuuenũ ſi ho-neſte mori uoluiſſent: turpiter capi nõ potuiſſe: quorũ neſcio utrũ maius dedecus fuerit: quod patria ſpei an quod hoſtis metus nihil ĩ his repoſuerit: hæc ꝑ ſe ille ne aduerſus ſe dimicarẽt parui ducẽdo.

ſ Ed quum aliquotiens ſenatus ꝓ militari diſciplina ſeuere excubuerit: neſcio an tunc præcipue quũ milites qui rhegium ĩ iuſto bello occupauerãt: mortuoq; duce Bubelio. M. Ceſium ſcribã eius ſua ſponte imꝑatorem delegerant: carcere incluſſit: ac. M. Furio Flacco tribuno plebis denunciante ne ĩ ciues romanos aduerſus morem maioꝝ animaduerteret: nihilominus propoſitum executus eſt. Cæteꝝ minore cũ inuidia ut id ꝑageret: quinquagenos per ſingulos dies uirgis cæſos ſecuri percuti iuſſit: eorũq; corpora nulli ſepulturæ mandari: mortẽq; lugeri uetuit. Externa exempla.

l Eniter hoc. P. C. ſi Carthaginenſium ſenatus in militiæ negotiis ꝓcurandis uiolentiã ĩtueri uelimus: a quo duces bella prauo cõſilio gerentes: etiã ſi ꝓſpera fortuna ſubſecuta eſſet: cruci tam̃ affigebant: qđ bene geſſerant deoꝝ ĩmortaliũ adiutorio: quod male cõmiſerant ipſoꝝ culpæ imputantes. De Clearcho.

c Learchus uero lacedæmonioꝝ dux egregio dicto diſciplinã militiæ cõtinebat. Idẽtidem exercitus ſui auribus inculcando a militibus imꝑatorẽ potiuſq̃ hoſtẽ metui debere: quo apte denunciabat futuꝝ: ut ſpiritum pœne impenderẽt: quẽ pugnæ acceptum ferre dubitaſſent.

i Dq; a duce præcipi non mirabant maternaꝝ blanditiaꝝ memores: quæ exituros eos ad præliandum monebant: ut aut uiui cum armis in conſpectum earum uenirẽt: aut mortui in armis referrẽtur. hoc ĩtra domeſticos parietes accepto ſigno ſpartanæ acies dimicabant. Sed aliena proſpexiſſe tantummodo ſatis ẽ: cum ꝓpriis multoq; uberioribus & felicioribus exẽplis gloriari liceat: diſciplina militaris acriter retenta principatum Italiæ romano imperio pepit: & multaꝝ urbium: magnorum regum: ualidiſſimarum gẽtium regimen largita ẽ. fauces pontici ſinus patefecit: alpium tauriq; montis conuulſa clauſtra tradidit: ortũq; e parua Romuli caſa totius terraꝝ orbis fecit columẽ: Ex cuius ſinu quoniã omnes triumphi manarũt:

2009 Ministerio de Cultura

ſequitur ut de iure triumphandi dicere incipiam.

De iure triumphandi Capitulum tertium.

o B leuia prælia quidā īpatores triumphos ſibi decerni deſyderabāt: quibus ut occurreretur: lege cautū ē: ne quis triumpharet niſi quīquemillia hoſtiū una acie cecidiſſet Nō enī numero ſed gloria triumphorū excelſius urbis noſtræ futurum decus maiores exiſtimabāt. Cæterū ne tā præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur. legis alterius adiutorio fulta ē: quā. L. Marius &. M. Cato tribuni plebis tulerūt: pœnam enim īperatoribus minatur: qui aut hoſtiū occiſorū ī prælio aut amiſſorū ciuiū falſum numerum litteris ſenatui auſi eſſent referre. Iubetq; eos quum primū urbē intraſſent apud quæſtores urbanos iurare de utroq; numero uere ab his ſenatui eſſe ſcriptū. Poſt has leges iudicii illius tempeſtiua mentio introducetur: in quo de iure triumphandi inter clariſſimas pſonas & actum & excuſſum eſt.

l Vctatius Conſul: & Quintus Valerius prætor circa Siciliā īſignē pœnorū claſſem deleuerāt: quo nomine Luctatio cōſuli triumphū ſenatus decreuit. Cū autē Valerius ſibi quoq; eum decerni deſideraret: negauit id fieri oportere Luctatius: ne ī honore triumphi minor poteſtas maiori æquaretᵉ: pertinaciuſq; pgreſſa cōtentione Valerius ſponſione Luctatiū puocauit nō ſe petiturū triumphū niſi ſuo ductu punica claſſis eſſet oppreſſa: nec dubitauit reſtipulari Luctatius. Itaq; iudex īter eos cōuenit Attilius Calatinus: apud quē Valerius ī hūc modū egit. Cōſulē ea pugna ī lectica claudū iacuiſſe: ſe aūt omnibus imperatoriis partibus functū. Tunc Calatinus priuſquam Luctatius cauſā ſuā ordiretur. quæro īquit Valeri a te ſi an dimicādum nec ne eſſet: cōtrariis īter uos ſētētiis diſſediſſetis: utrum quod conſul an quod prætor imperaſſet: maius habiturū fuerit momentū. Reſpōdit Valerius nō facere ſe cōtrouerſiā: quin priores partes cōſulis eſſent futuræ: Age deinde īquid Calatinus: Si diuerſa auſpicia accepiſſetis cuius magis auſpicio ſtaretur? Itē reſpōdit Valerius: cōſulis Iam mehercule inqt: Quum de imperio & auſpicio inter uos diſceptationē ſuſceperim: & tu utroq; aduerſarium tuum ſuperiorem fuiſſe fatearis nihil eſt quod ulterius dubitē. Itaq; Luctaci quamuis adhuc tacueris ſecūdū te litem do. Mirifice iudex quod ī manifeſto negocio tempus teri paſſus nō eſt. probabilius Luctatius quod ius



2009 Ministerio de Cultura

ampliſſimi honoris cõſtanter defendit. Sed nec Valerius quidem ĩ
probe quia fortis & proſperæ pugnæ ut nõ legitimũ: ita ſe dignum
præmium petiit. De. Cn. Fuluio Flacco.

q Vid facias. Cn. Fuluio Flacco qui tã expetẽdũ aliis honorem
triũphi decretũ ſibi a ſenatu ob res bene geſtas ſpreuit: ac re
pudiauit. nimirꝫ nõ plura præcerpẽs quã acciderũt. Nã ut urbẽ intra
uit cõtinuo quæſtiõe publica afflictus: exilio mulctatus ẽ. ut ſi qd re
ligionis ĩſolẽtia cõmiſiſſet: pœna expiaret. De. Q. Fuluio.

ſ Apiẽtiores igit̃ Quintus Fuluius qui Capua capta: & L. Opi
mius: qui fregellanis ad deditionem compulſis triumphandi
poteſtatem a ſenatu petierũt. Vterqꝫ editis opibus magnificus ſed
neuter petitæ rei compos. Non quidem inuidia patrum cõſcriptoꝝ
cui nunquam aditum in curia eſſe uoluerũt: ſed ſumma diligentia
obſeruandi iuris: quo cautum erat: ut pro aucto imperio non pro re
cuperatis quæ populi Ro. fuiſſent triumphus decerneret̃. Tantũ. n.
ĩtereſt adiicias aliqd: an detractũ reſtituas: quãtũ diſtat beneficii ini
tium ab iniuriæ fine. De. P. Scipione & Marco Marcello.

q Vin etiam ius de quo loquor: ſic cuſtoditũ eſt. ut. P. Scipiõi
ob recuperatas hiſpanias. M. Marcello ob captas ſyracuſas
triumphus nõ decerneret̃: quod ad eas res gerendas ſine ullo miſſi
erant magiſtratu. ꝓbent̃ nunc cuiuiſliber gloriæ cupidi: qui ex deſer
tis mõtibus Mioparonumqꝫ piraticis roſtris laudis inopes laureæ ra
mulos feſtinabunda manu decerpſerũt. Carthaginis impio abrupta
hiſpania & Siciliæ caput abſciſſum: ſyracuſæ triumphales iungere
currus nequiuerunt: & quibus uiris? Scipiõi & Marcello: quoꝝ ipſa
nomina inſtar ſunt æterni triumphi: ſed clariſſimos ſolidæ ueræque
uirtutis auctores humeris ſuis ſalutem patriæ geſtantes: & ſi corona
tos ĩtueri ſenatus cupiebat: iuſtiori tamẽ reſeruãdos laureæ putauit.

h Is illud ſubnectã. Moris erat ab ĩpatore triũphũ ducturo
cõſules ĩuitari ad cœnã: deĩde rogari ut uenire ſupſedeãt: ne
qs eo die quo ille triũphauerit maiores in eodẽ cõuiuio ſit imperii.

u Erum quãuis quis præclaras res maximæqꝫ utiles. R. P. ciuili
bello geſſiſſet: imperator tamen eo nomine appellatus nõ ẽ:
neqꝫ ullæ ſupplicationes decretæ ſũt: neqꝫ aut ouauit aut curru triũ
phauit: quia ut neceſſariæ iſtæ: ita lugubres ſemper exiſtimatæ uicto
riæ ſũt: ut pote non externo ſed domeſtico parte cruore.

2009 Ministerio de Cultura

i Taq; & Naſica Tiberium Gracchum &.C.Metellus Opimii factiones mœſti trucidarunt. De.Q .Catulo.

q Vintus Catulus.M.Lepido collega ſuo cũ omnib; copiis ſeditioſis extícto moderatũ præ ſe ferẽs gaudiũ i urbẽ ĩuertit.

c Aius etiam Antonius Catilinæ uictor abſterſos gladios in caſtra rettulit. De Lucio Cinna & Caio Mario.

l Vcius Cinna &.C.Marius hauſerãt qdẽ auidi ciuilẽ ſãguinẽ: ſed nõ ꝓtinus ad tẽpla deoꝝ & aras tetẽderũt.

De Scylla.

i Am.L.Scylla qui plurima bella ciuilia cõfecit: cuius crudeliſſimi & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt: quũ cõſumata atq; conſtricta potentia ſua triumphũ duceret: ut Græciæ & Aſiæ multas urbes ita ciuium romanorum nullũ oppidum uexit.

p Iget tedetq; p uulnera reip. ulterius ꝓcedere: lauream nec ſenatus cuiquã dedit quiſquam ſibi dari deſiderauit. ciuitatis parte lachrymante.

c Aeterũ ad quercum pronæ manus porriguntur: ubi ob ciues ſeruatos corona danda eſt: qua poſtes auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphant. De cẽſoria nota. Cap.iiii.

c Aſtrenſis diſciplinæ tenaciſſimũ uiculũ & militaris rationis diligens obſeruatio admonet me: ut ad cẽſurã pacis magiſtrã cuſtodẽq; tranſgrediar. Nã ut opes populi Ro. ĩ tantũ amplitudinis ĩperatorum uirtutibus exceſſerunt: Ita probitas & continẽtia cenſorio ſupercilio examinata ẽ: opus effectu par bellicis laudibus. Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuũ ſi domi male uiuitur? Expugnentur licet urbes: corripiantur gentes: regnis manus iniiciantur: niſi foro & curiæ officium: ac uerecundia ſua conſtiterit partarum reꝝ cælo cumulus æquatus ſedem ſtabilem nõ habebit: Ad rem igitur pertinet noſſe: atque adeo recordari acta cenſoriæ poteſtatis. De Camillo & Poſthumio.

c Amillus & Poſthumius cẽſores æra pœnæ nomine eos q ad ſenectutem cælibes puenerant : in ærarium deferre iuſſerũt. Iterum puniri dignos: ſi quo modo de tã iuſta conſtitutione queri ſunt auſi. Quum in hũc modũ increparentur: natura uobis quẽad modum naſcendi: ita gignendi legem ſcribit: parenteſque uos alendo nepotum nutriendorum debito ſi quis eſt pudor: alligauerunt:

2009 Ministerio de Cultura

accedit etiā iis:quod fortunam longā præſtādi huiuſcæ muneris ad
uocationē eſtis aſſequuti:cū interim cōſumpti ſūt anni ueſtri:& ma
riti & patris nomine uacui. Itē igit̃ & nodoſam exoluite ſtipē utilem
poſteritati numeroſæ. De.M.Valerio Maximo &.C.Iunio.

h Orum ſeueritatem.M.Valerius Maximus &.C.Iunius Bru
tus Bubulcus cenſores in conſimili genere animaduerſionis
imitati ſunt.L.Antonium ſenatu mouerunt:quod quam uirginē in
matrimoniū duxerat:repudiaſſet:nullo amicorum in cōſilium adhi
bito:at hoc crimen neſcio:an ſuperiore maius:illo nāq; cōiugalia ſa/
cra ſpreta tantum:hoc etiam iniurioſe tractata ſunt.optimo ergo iu
dicio cēſores indignum eū aditu curiæ exiſtimauerunt.

ſ Icut Portius Cato.L. Flaminium quem e numero Senatorū
ſuſtulit:quia in ꝓuincia quēdam damnatū ſecuri ꝑcuſſerat:
tēpore ſupplicii ad arbitrium & ſpectaculum mulierculæ:cuius amo
re tenebat̃:electo:& poterat inhiberi reſpectu conſulatus : quem is
geſſerat:atq; auctoritate fratris eius Titi Flaminii: ſed & cenſor &
Cato duplex ſeueritatis exemplum eo magis illum notandū ſtatuit:
quod ampliſſimi honoris maieſtatē tam tetro facinore īquinauerat:
nec indignum penſi duxerat iiſdē imaginibus aſcribi:meretricis ocu
los humano ſanguine delectatos & regis Philippi ſupplices manus.

De Fabricio Licinio.

q Vid de Fabricii Licinii cenſura loquar?narrauit enim omnis
ætas & deinceps narrabit:ab eo Cornelium Rufinū duobus
cōſulatibus & dictatura ſpecioſiſſime functum :quod decem pōdo
uaſa argentea comparaſſet:perinde ac malo exēplo luxurioſum ī or
dine ſenatorio retentum nō eſſe:ipſe mediuſfidius mihi litteræ ſæcu
li noſtri obſtupeſcere uident̃:quū ad tantā ſeueritatē referendā mi/
niſterium accommodare cogunt̃ : ac uereri ne nō noſtræ urbis acta
cōmemorare exiſtimēt̃. Vix.n.credibile eſt intra idē pomerium de/
cem pondo argenti & īuidioſum fuiſſe cēſum haberi:& inopiam cō
temptiſſimam. De.M.Antonio &.L.Flacco.

m Arcus autem Antonius &.L.Flaccus cēſores Duronium ſe/
natu mouerūt:quod legem de coercēdis cōuiuioꝝ ſumptibꝫ
latam tribunus plebis abrogauerat.mirifica notæ cauſa : Quam.n.
impudenter Duronius roſtra conſcendit illa dicturus:fræni ſūt inie
cti nobis quirites:nullo modo perpetiendi.alligati & conſtricti eſtis

2009 Ministerio de Cultura

amaro uinculo ſeruitutis lex enim lata ē:quæ uos eſſe frugi iubet:
abrogemus igitur iſtud horridæ uetuſtatis rubigine obſitum imperi
um:& enim quid opus eſt libertate:ſi uolentibus luxu pire nō licet?

De.Cl.Nerone &.L.Iulio.Q.Salinatore.

a Ge par proferamus æquali iugo uirtutis honorūq; ſocietate
iūctū iſtructū autē æmulationis aīo.diſſidētes.Claudius Ne
ro:Liuiuſq; Salinator ſecūdi punici belli tēporibus firmiſſima reip.
latera:quā diſtrictā ſimul egerūt cēſurā.Nā cū equitū cēturias reco
gnoſcerent:& ipſi ꝓpter robur ætatis ēt nūc eoꝝ e numero eſſent ut
eſt ad Poliā uētum tribum:præco lecto nomine Salinatoris: citādū
nec ne ſibi eſſet:hæſitauit:quod ut intellexit Nero citari collegam:&
arma & equum uēdere iuſſit: quia populi iudicio damnatus eſſet.
Salinator quoq; eadē animaduerſione Neronem ꝑſecutus eſt. adie
cta cauſa quod non ſyncæra fide ſecum īgratiam rediiſſet: Quibus
uiris ſi quis cæleſtium ſignificaſſet futurum:ut eorum ſanguis illu
ſtrium imaginum ſerie deductus in ortū ſalutaris pricipis noſtri cō
flueret:depoſitis inimiciciis arctiſſimo ſe amiciciæ fœdere iūxiſſent:
ſeruatam ab ipſis patriam cōmuni ſtirpe ſeruandam relicturi.

ſ Alinator uero quattuor atq; trigintatribus inter ærarios refer
re nō dubitauit:quod cū ſe dānaſſent:poſtea cōſulē & cenſo
rē feciſſent:prætexuitq; cauſā:quia neceſſe eſſent eas alterutro facto
crimine temeritatis & piurii teneri:unā tātūmodo tribum Metiā ua
cuam nota reliquit:quæ eū ſuffragiis ſuis ut nō damnatione ita nec
honore quidē dignum iudicauerit.Quā putemus cōſultātis & præ
ualidi illū īgenii fuiſſe:qui neq; triſti iudicioꝝ exitu cōpelli:neq; ho
norum magnitudine adduci potuit:quo ſe blandiorem i adminiſtra
tione reip.gereret.

De Marco Vallo &.L.Sēpronio.

e Queſtris quoq; ordinis bona magnaq; pars quadrigēti iuue
nes cenſoriā notā patiente animo ſuſtinuerūt:quos.M. Vale
rius.&.P.Sempronius qa i Sicilia ad munitionē opus explicandum
ire iuſſi: facere id neglexerāt:equis publicis ſpoliatos i numerū æra
riorum rettulerunt.

De Marco Attilio Regulo.L.Furio.

t Vrpis etiam metus pœnam cēſores ſūma cum ſeueritate exe
gerūt.M.enim Attilius Regulus &.L. Furius Philippus.M.
Metellum quæſtorē cōpluresq; equites romanos qui poſt infeliciter
cōmiſſā Cannenſē pugnā cū eo abituros ſe Italia iurauerāt:direptis

2009 Ministerio de Cultura

equis publicis inter ærarios referendos curauerũt: eoſque graui nota affecerũt: qui cũ in poteſtaté Annibalis ueniſſent legati ab eo miſſi ad ſenatũ de permutandis captiuis: neq; ĩpetraſſent quod petebant: ĩ urbe manſerunt: quia & romano ſanguini fidé præſtare cõueniẽs erat: &. M. Attilius Regulus cenſor perfidiã notabat: cuius pater p ſũmos cruciatus expirare quã fallere carthaginẽſes ſatius eſſe duxerat. Iam hæc cenſura ex foro ĩ caſtra tranſcẽdit: quæ neq; timeri: neq; decipi uoluit hoſtem.

ſ Equũtur duo eiuſdẽ generis exempla eaq; adieciſſe ſatis erit.

Geta cũ a. L. Metello: &. Cn. Domitio cẽſoribus ſenatu motus eſſet: poſtea cẽſor factus ẽ. De Marco Valerio.

i Tem Marcus Valerius Meſala cẽſoria nota pſtrinctus cẽſoria poſt modum poteſtate impauit: quorum ignomina uirtutẽ acuit: rubore enim eius excitati omnibus uiribus incubuerunt: ut di digni ciuibus uiderẽtur: qbus dari potius quã abiici cẽſura deberet.

De maieſtate. Capitum Quintum.

e St & illa quaſi priuata cẽſura maieſtas claroꝝ uiroꝝ ſine tribunalium faſtigio: ſine apparitorum miniſterio potẽs ĩ amplitudine ſua obtinẽda: Grato. n. & iucũdo introitu animis hominum illabitur admiratiõis prætexta uelata: quam recte quis dixerit longum & beatum honorem eſſe ſine honore. Nam quid plus honoris tribui potuit cõſuli quam ẽ datum reo Metello: q cũ cauſam repetundaꝝ diceret: tabulæq; eius ab accuſatore expoſtulatæ & ad nomẽ inſpiciendũ circa iudices ferrẽt: totũ cõſilium ab eaꝝ cõtẽplatione oculos auertit. ne de aliqua re quæ ĩ his relata erat uideret dubitaſſe: nõ ĩ tabulis ſed ĩ uita. Q. Metelli argumẽta ſyncære adminiſtratæ ꝓuinciæ legenda ſibi iudices crediderũt indignũ rati integritatem tanti uiri exigua cæra & paucis litteris perpẽdi. De Metello & rege Antiocho & ſuperiore Africano.

ſ Ed quid mirum ſi debitus honos a ciuibus Metello tributus eſt: quẽ ſuperiori Africano etiã hoſtis præſtare nõ dubitauit? Si qdem rex Antiochus bello quod cũ Romanis gerebat: filiũ eius a militibꝫ ſuis ĩterceptum honoratiſſime excepit: regiiſq; muneribꝫ donatũ ultro & celeriter patri remiſit: quãq̃ ab eo tum maxime finibꝫ ĩperii pellebatᷣ: Sed rex & laceſſitus maieſtatem excellentiſſimi uiri uenerari: quã dolorẽ ſuũ ulciſci maluit. De Africano Scipione:

2009 Ministerio de Cultura

a D Africanũ eundẽ ĩ liternia uilla ſe cõtinentẽ cõplures prædo
nũ duces uidendũ eodẽ tẽpore forte confluxerũt: quos quũ
ad uim faciẽdã uenire exiſtimaſſet: præſidium domeſticoꝝ in tecto
collocauit: eratq; ĩ his repellendis & aĩo & apparatu occupatus: qđ
ut prædones animaduerterunt: dimiſſis militibus abiectiſq; armis ia
nuæ appropinquant: & clara uoce nũciant Scipioni: nõ uitæ eius ho
ſtes ſed uirtutis admiratores ueniſſe: cõſpectum & cõgreſſũ tãti ui
ri quaſi cæleſte aliquod beneficiũ expetẽtes: ꝓinde ſecurũ ſe nobis
præſtãdum præbere ne grauetur: Hæc poſtquã domeſtici Scipioni
rettulerũt: fores reſerari: eoſque ĩtromitti iuſſit: qui poſtes ianuæ tan
quã aliquã religioſiſſimã arã ſanctũq; tẽplum uenerati cupide Scipi
onis dexterã appræhenderũt. ac diu oſculati poſitis ante ueſtibulũ
donis: quæ deoꝝ ĩmortaliũ numini cõſecrari ſolent: læti quia Scipio
nem uidiſſe cõtigiſſet: ad lares proprios reuerterũt. Quid hoc fructu
maieſtatis excelſus? Quid ẽt iucundius? hoſtis iram admiratione ſui
placauit: ſpectaculo præſentiæ ſuæ latronũ geſtiẽtes oculos obſtupe
fecit: delapſa cælo ſidera hominibus ſi ſe offerãt: uenerationis ampli
us nõ recipient. De Paulo Hæmylio triũphatore Macedoniæ.

h Oc quidẽ uiuo Scipioni? illud autẽ Hæmylio Paulo exanimi
contigit: Nã cũ exequiæ eius celebrarentur: ac forte tunc prĩ
cipes Macedoniæ legationis nomine Romæ morarentur: funebri le
cto ſponte ſua ſeſe ſubiecerunt. quod aliquãto maius uidebit: ſi qs
cognoſcat lecti illius frontẽ macedonicis triumphis fuiſſe adornatam
Quãtum enim Paulo tribuerunt propter quem gẽtis ſue Claudium
indicia per ora uulgi ferre nõ exhorruerunt: quod ſpectaculũ funeri
ſpeciẽ alterius triumphi adiecit. Bis enim te Paule macedonia urbi
noſtræ illuſtrẽ oſtendit: incolumem ſpoliis ſuis: fato functũ humeris

De Hæmyliano Scipionis adoptiuo.

n E filii quidẽ tui Scipionis Hæmyliani: quẽ ĩ adoptionẽ dãdo
duaꝝ familiarũ ornamẽtum eſſe uoluiſti: maieſtati ꝑaꝝ ho
noris tributum eſt. cũ eum adoleſcentẽ admodũ a Lucullo cõſule pe
tendi auxilii gratia ex Hiſpania in Africam miſſum Carthaginen
ſes & Maſaniſſa Rex de pace diſceptatorem uelut conſulem &
impatorẽ habuerunt. Ignara qdem fatorum ſuoꝝ carthago orientis
enim illud iuuentæ decus deoꝝ atque hominũ ĩdulgẽtia ad exicidiũ
eius alebatur: ut ſupius cognomen africanũ capta poſterius euerſa

2009 Ministerio de Cultura

Corneliæ genti daret. De.P.Rutilio.

q Vid dānatione? quid exilio miſerius? At qui.P.Rutilio cōſpi
ratione publicanoꝝ perculſo auctoritatē adimere non ualue
runt. Cui Aſiam petendi omnes ꝓuinciæ illius ciuitates legatos eius ſe
ceſſum opperiētes obuiā miſerūt. exulare aliqs loco hoc an triūphare
iuſtius dixerit. De Mario.

c Aius etiā Marius ī profundū ultimaꝝ miſeriaꝝ abiectus ex
ipſo uitæ diſcrimine beneficio maieſtatis emerſit: miſſus enī
ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clauſū ſeruus pub
licus natione cimber & ſenem & īermē & ſqualore obſitum: ſtrictū
gladium tenens aggredi non ſuſtinuit: ſed claritate uiri occæcatus
abiecto fetro attonitus inde ac tremens fugit: cimbrica nimirum
calamitas oculos hominis perſtrinxit. deuictæq; ſuæ gentis interitus
animū comminuit: etiam diis immortalibus indignum ratis ab uno
nationis eius interfici Marium quam totam deleuerat. minturnenſes
autem maieſtate illius capti compreſſum iam & conſtrictum dirafa
ti neceſſitate incolumē præſtiterūt: nec fuit eis timori aſperrima Scyl
læ uictoria: quū preſertim ipſe Marius eos a conſeruando Mario ab
ſterrere poſſet. De Marco Portio Catone.

m Arcum quoq; Portium Catonem admiratio fortis ac ſyn
cæræ uitæ adeo admirabilem ſenatui fecit: ut cum iuito: C.
Cæſare conſule aduerſus publicanos dicendo in curia diē abſtrahe
ret: & ob id eius iuſſu a lictore ī carcerē duceretꝛ: uniuerſus ſenatus
illum ſequi non dubitaret: quæ res diuini animi ꝑſeuerantiā flexit.

De eodem.

e Odem ludos florales: quos Meſſius ædilis faciebat ſpectāte:
populus ut mīme nudarētꝛ: poſtularꝛ erubuit: qđ quū ex fauonio ami
ciſſimo ſibi una ſedēte cognouiſſet: diſceſſit Cato e theatro: ne præſē
tia ſua ſpectaculi cōſuetudinē īpediret: quē abeūtē īgēti plauſu popu
lus ꝓſecutus priſcū morē iocoꝝ ī ſcænā reuocauit cōfeſſus plus ſe
maieſtatis illi uni tribuere: quā uniuerſo ſibi uēdicare. qb; operibus
qb; imperiis: quib; triūphis hoc datū ē? exigue uiri patrimoniū aſtri
cti cōtinentia mores: modicæ clientelæ domus ambitioni clauſa: pa
terni generis una imago minime blanda frons: ſed omnib; numeris
perfecta uirtus: quæ qdem effecit: ut ſi qs ſanctū & egregiū ciuem
ſignificare uelit: ſub nomine Catonis definiat.

2009 Ministerio de Cultura

Externa de Harmodii & Ariſtogitonis.

d Andū ē aliquid loci ēt alienigenis exēplis: ut domeſticis aſperſa uarietate ipſa đlectent Harmodii & Ariſtogitonis: q athenas tyrānide liberare conati ſūt: effigies æneas Xerxes rex ea urbe đuicta ī regnū ſuū trāſtulit. longo deīde īteriecto tēpore Seleucus in priſtinā ſedē reportādas curauit: Rodii quoq; eas urbi ſuæ appulſas quum ī hoſpitiū publice īuitaſſent: ſacris etiam puluinaribus collocauerunt Nihil ac memoria felicius: quæ tantum uenerationis ī tam paruulo ære poſſedit.

De Xenocrate.

q Vantum porro honoris Athenis Xenocrati ſapientia pariter ac ſanctitate claro tributū ē: quū teſtimoniū dicere coactus ad aram acceſſiſſet: ut more eius ciuitatis iuraret: oīa ſe uere rettuliſſe uniuerſi iudices conſurrexerunt: proclamaruntque: ne iuſiurādū diceret: quodque ſibimet ipſis poſt modum dicendæ ſententiæ loco remiſſuri nō erant: ſyncæritati eius concedendum exiſtimarunt.

Liber Tertius. Capitulum Primum de Indole.

a Ttingā nunc quaſi cunabula quædā & elemēta uirtutis animiq; ꝓcedēte tēpoꝛ ad ſūmū gloriæ cumuculū ꝓuenturi: certo cū īdolis expīmto datos geſtus referam.

De Hæmylio Lepido.

h Aemylius Lepidus puer etiam tum progreſſus in aciē hoſtē interemit: ciuē ſeruauit: cuius tam memorabilis operis īdex eſt in capitolio ſtatua bullata & īcincta prætexta ſenatuſconſulto poſita: Iniquum enim putauit eum honori nōdum tempeſtiuū uideri qui iam uirtuti maturus fuiſſet. præcurrit igitur Lepidus ætatis ſtabilimentum fortiter faciendi celeritate: duplicemque laudem e prælio rettulit: cuius eum uix ſpectatorem anni eſſe patiebantur: arma enī infeſta & diſtricti gladii & diſcurſus telorū: & aduētātis eqtatus fragor & concurrentium exercituum impetus iuuenib; quoque aliquātum terroris īcutit: Interque Hæmyliæ gentis pueritia coronā mereri ſpolia rapere ualuit.

De Marco Catone.

h Ic ſpiritus ne Marci quidem Catonis pueritiæ defuit. Nā cū ī domo. M. Druſi auunculi ſui educaretur: & ad eū tribunū tunc plebis latini de ciuitate impetrāda cōueniſſent a. Q. Popedio latinoꝝ principe: Druſi autem hoſpite rogatus: ut ſocios apud auūculum adiuuaret: conſtanti uultu nō facturum ſe reſpondit. Iterum

2009 Ministerio de Cultura

deinde ac ſæpius interpellatus ī propoſito perſtitit: tunc Popedius ī excelſam ædium partem leuatum abiecturum ſe eum inde niſi precibus obtēperaret: minatus eſt: nec hac re ab īcœpto mouere potuit: expreſſa eſt itaq; illa uox hominum: gratulemur nobis latini & ſocii hunc eſſe tam paruum: quo ſenatore ne ſperare quidem nobis ciuitatem licuiſſet: tenero ergo animo Cato totius curiæ grauitatē pcepit pſeuerantiaq; ſua latinos iura noſtræ ciuitatis appræhendere cupientes reppulit.

De eodem Catone.

i Dem cum ſalutandi gratia prætexatus ad Scyllā ueniſſet: & capita pſcriptoꝝ in atriū allata uidiſſet: atrocitate rei cōmotus pædagogum ſuū Sarpedonem noīne īterrogauit: quapropter nemo iueniretur: qui tā crudelē tyrānum occideret: quumq; is nō uoluntatē hoībus ſed facultatē deeſſe: quod ſalus eius magno militum præſidio cuſtodiret: rſpōdiſſet: ut ferrum ſibi daret: obſecrauit: affirmādo pfacile ſe eū īterfectuꝝ: quod ī lecto illius cōſidere ſoleret. Pædagogus & aīum Catonis agnouit. & exhorruit ppoſitum: eūque poſtea ad Scyllā excuſſū ſemp adduxit. Nihil hoc mirabilius. Puer ī officina crudelitatis depræhēſus uictorem nō extimuit: tū maxime cōſules. municipia: legiones equeſtris ordinis maiorem ptem trucidātem ipſū Marium ſi quis eo loci ſtatuiſſet: celerius aliqd de fuga ſua quam de Scyllæ nece cogitaſſet.

De Caio Caſſio.

c Vius filiū fauſtum. C. Caſſius. condiſcipulum ſuū in ſchola pſcriptionē paternam laudantē ipſumq; quū per ætatem potuiſſet idem facturū minitantem colapho pcuſſit. dignā manū quæ ſe publico parricidio nō contaminaret.

Externa.

e T ut a græcis aliquid Alcibiades ille: cuius neſcio utrū bona an uitia patriæ pernicioſiora fuerint. illis .n. ciues ſuos decepit: his afflixit: cum adhuc puer ad Periclem auunculū ſuū ueniſſet: eumq; ſecreto triſtem ſedentē uidiſſet: interrogauit quid ita tantam ī uultu confuſſionē gereret: at illo dicente mādato ſe ciuitatis Propylæa Mineruæ: quæ ſūt ianuæ arcis: ædificaſſe: cōſūptaque ī id opus īgenti pecunia non inuenire quo pacto miniſterii rationem redderet atq; ideo conflictari: Ergo inquit quære potius quemadmodum rationem non reddas: itaque uir ampliſſimus & prudentiſſimus ſuo conſilio defectus puerili uſus eſt atq; id egit: ut athenienſes finitimo implicati bello rationibꝫ exigēdis nō uacarerēt. Sed uiderit Athenæ:

2009 Ministerio de Cultura

utrū Alcibiadē lamentētur: an gloriētur: quoniā adhuc īter execrationem hominis & admiratione dubio mētis iudicio fluctuatᵣ: Nos qa iam initia procurſuſq; uirtutis patefecimus: actū ipſū proſequemur cuius pōderatiſſima uis & efficaciſſimi Lacerti ī fortitudinē cōſiſtūt

De fortitudine Capitulum ſecūdum De Horatio Coclite.

n Ec præterit me conditor urbis noſtræ: Romule principatum tibi hoc ī genere laudis aſſignari oportere: Sed patere obſecro uno te præcurri exemplo: cui & ipſe aliquātū honoris debes: quia beneficio illius effectum eſt: ne tā præclarum opus tuum Roma dilaberetur. Ethruſcis ī urbem ponte ſublicio irrumpentibus Horatius cocles extremam eius partem occupauit: totumq; hoſtium agmen donec poſt tergū ſuum pons abrūperetur infatigabili pugna ſuſtinuit: atque ut patriā periculo immīnēti liberatam uidit: armatus ſe in tyberim miſit: cuius fortitudinē dii immortales admirati incolumitatē ſyncærā ei præſtiterunt. Nā neq; altitudine deiectus quaſſatuſue: neque pondere armoꝝ preſſus: nec ullo uorticis circuitu actus: nec tælis quidem quæ undiq; cōgerebantur læſus: tutum natandi euentū habuit. unus itaq; tot ciuium tot hoſtiū ī ſe oculos conuertit: ſtupentes illos admiratione: hos inter lætitiam metumq; hæſitātes: unuſq; duos acerrima pugna conſertos exercitus Alterum repellendo alterū propugnādo diſtraxit. Deniq; unus urbi noſtræ tantū ſcuto ſuo quātum tyberis alueo munimenti attulit. quapropter diſcedētes Ethruſci dicere potuerunt. Romanos uicimus: ab Horatio uicti ſumus.

De Chlodia uirgine.

i Mmemorem me propoſiti mei Chlodia pœne facit eadē enī tēpeſtate certe aduerſus eūdē hoſtē: & ī eodem tyberi īclytū auſa facinus. Inter cæteras enī uirgines obſes Porſenæ data hoſti nocturno tēpore cuſtodiam egreſſa equū cōſcendit: celeriq; traiectu fluminis nō ſolū obſidione ſed etiam metu patriā ſoluit: Viris puella lumine uirtutis præferenda.

De Romulo.

r Edeo nunc ad Romulum: qui ab Acrone Cenineſiū rege ad dimicandū prouocatus quanquam & numero & fortitudine militū ſuperiorem ſe crederet: tutiuſq; erat toto cum exercitu quam ſolum in aciem deſcendere: ſua potiſſimum dextera omen uictoriæ rapuit: nec īcœpto eius fortuna defuit: occiſo enim Acrone: fuſiſque hoſtibus opima đ eo: ſpolia Ioui feretrio rettulit: hactenus iſtud: qa



2009 Ministerio de Cultura

publica religione cōſecrata uirtus nulla priuata laudatione indiget.

De Cornelio Coſſo.

a Romulo ꝓximus Cornelius Coſſus eidem deo ſpolia conſecrauit. quū magiſter equitum ducē fidenatum in aciem congreſſus interemiſſet: magnus initio huiuſce generis inchoatæ gloriæ Romulus. Coſſoq; multū acquiſitū eſt: qui imitari Romulū ualuit.

De. M. Marcello.

n Ec Marci quidem Marcelli memoriam ab his exēplis ſeparare debemus. in quo tātus animi uigor fuit: ut apud Padū galloꝝ regem ingenti exercitu ſtipatū: cū paucis equitibus īuaderet: quem protinus obtruncatū armis exuit: eaq; Ioui feretrio dicauit.

De. T. Manlio Torquato.

e Odem & uirtutis & pugnæ genere uſi ſunt. T. Manlius Torquatus & Valerius Coruinus & Hæmylianus Scipio: ii etiā ultro ꝓuocatos hoſtiū duces īteremerūt: ſed qa ſub alienis auſpiciis rē geſſerāt: ſpolia Ioui feretrio nō poſuerūt cōſecrāda. De Scipiōe.

i Tem Scipio Hæmilianus cum in hiſpania ſub Lucullo duce militaret: atq; Intercacia præualidū oppidum circunſederet: primus mœnia eius cōſcendit. neq; erat in eo exercitu quiſquam aut nobilitate aut animi indole aut futuris actis cuius magis ſaluti parci & conſuli deberet: ſed tunc clariſſimus quiſq; iuuenū pro amplificanda & tuenda patria plurimū laboris ac periculi ſuſtinebat: deforme ſibi exiſtimans quos dignitate præſtaret: ab his uirtute ſuperari. Ideoq; Hæmylianus hanc militiam aliis ꝑpter difficultatē uitantibꝰ ſibi depopoſcit. Aliud exemplum de. M. Attilio.

m Agnum inter hæc fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani galloꝝ exercitu pulſi cum ſe in capitolium & ī arcē conferrent: inque his collibus morari omnes nō poſſent: neceſſarium conſilium in plana parte urbis relinquendoꝝ ſeniorum cœperunt: quo facilius iuuentus reliquias imperii tueret: Cæterum ne illo qdē tam miſero tamq; luctuoſo tempore ciuitas noſtra uirtutis ſuæ oblita eſt. defuncti. n. honoribus apertis ianuis in curulibus ſellis cum inſignibus magiſtratuū quos geſſerāt: ſacerdotiorūq; quæ erāt adepti conſederunt: ut & ipſi in occaſu ſuo ſplendorem & ornamenta uitæ præteritæ retinerent: & plebem ad fortius ſuſtinendos caſus ſuos ꝓuocarent: Venerābilis eoꝝ aſpectus: primo hoſtibus fuit & nouitate

2009 Ministerio de Cultura

rei & magnificentia cultus & ipſo audaciæ genere cõmotis. Sed qs dubitaret? quin & galli. & uictores illã admiratione mox in riſũ & in omne cõtumeliæ genus cõuerſuri eſſẽt. Nõ expectauit igitur hanc in iuriæ maturitatem. C. Attilius uerũ barbã ſuã permulcẽti gallo Sci-pionẽ uæhemẽti ictu capiti iflixit: eique propter dolorẽ ad ſe occidẽ dum ruenti corpus cupidius obtulit. Capi ergo uirtus neſcit: patien tia dedecus ignorat. fortũæ ſuccũbere triſtius omni fatu ducit: noua & ſpecioſa genera interitus excogitat: ſi quiſquã interit qui ſic extin guitur.

De. C. Sempronio.

r Eddendus ẽ nunc Romanæ iuuẽtuti debitus gloriæ titulus. Q. Catulo Sempronio Atracinio cõſule: cum uolſcis apud Verugine parũ proſpere dimicãte: nec acies noſtra iã iclinata ꝓpelle retur: equis delapſa ſeipſã cẽturiauit: atqꝫ hoſtiũ exercitũ irrupit: im petũ excæpit: quo dimoto proximũ tumulũ occupauit: effecitqꝫ: ut omnis uolſcoꝝ i ſe conuerſus impetus legionibꝫ noſtris ad cõfirman dos animos ſalutare laxamẽtũ daret. Itaqꝫ cũ iam de trophæis ſtatu-endis cogitarent præliũ nocte dirimente: uictoreſne an uicti diſcede rent: incerti abierunt.

De Fabio Maximo.

ſ Trenuus ille quoque flos ordinis equeſtris cuius mira uirtute Fabius Maximus Rutilianus magiſter equitũ bello quod ad uerſus ſamnites gerebatur: male cõmiſſi prælii crimine leuatus eſt. Namqꝫ Papyrio curſore propter auſpicia repetẽda i urbem profici-ſcente caſtris præpoſitus ac uetitus i aciem exercitũ ducere nihilomi nus manus cũ hoſte ſed nõ tam feliciter quam temere conſeruit: ꝓ cul enim dubio ſuperabatur. Cæterum optimæ indolis iuuentus de tractis equorum frænis uæhementer eos calcaribus ſtimulatos in ad uerſos ſamnites egit: obſtinataqꝫ animi præſtantia extortam manibꝫ uictoriã: & cũ ea ſpem maximi ciuis Rutiliani patriæ reſtituit.

q Valis deinde roboris illi milites? qui uæhemẽti ictu remorũ concitatã fuge punicã claſſẽ nantes lubricis pelagi quaſi cã-poꝝ firmitate pedites i littus retraxerũt.

Mirabile exẽplum.

e Iuſdẽ tẽporis & notæ miles: qui cãnenſi prælio quo Annibal magis uires Romanorũ contudit: quam animos fregit: quo-modo ad retinenda arma inutiles uulneribus manus haberet: ſpolia re ſe conãtis numidæ ceruicem complexus: os naribus & auribus corroſis deforme reddidit. Inqꝫ plenæ ultionis morſibus expirauit.



2009 Ministerio de Cultura

ſepone iniquum pugnæ euentum quanto interfectore fortior inter/
fectus. pœnus. n. in uictoria obnoxius moriẽti ſolatio fuit: romanus
in ipſo fine uitæ uindex ſui extitit. De. P. Craſſo.

m Ilitis huius in aduerſo caſu tam egregius tamq; uirilis ani/
mus quã relaturus ſum imperatoris. P. n. Craſſus cũ Ariſto
nico bellum in Aſia gerens a thracibus quoꝝ is magnum numerum
in præſidio habebat: inter Eleam & Smirnam exceptus ne ĩ deditio
nem eius perueniret: dedecus accerſita ratione mortis effugit. Vir/
gam enim qua ad regendum uſus fuerat: equum in unius barbari
oculum direxit: qui ui doloris accẽſus latus Craſſi ſica cõfodit: dũq;
ſe ulciſcit Romanum imperatorem maieſtatis amiſſæ turpitudine
liberauit. oſtendit fortunæ Craſſus quã indignum uirum tam graui
contumelia afficere uoluiſſet: quoniam quidem iniectos ab ea liber
tati ſuæ miſerabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit: do/
natumq; iam ſe Ariſtonico dignitati ſuæ reddidit. De Scipione.

e Odem mentis propoſito uſus eſt. Scipio. namq; infeliciter.
Cn. Pompeii generi ſui defẽſis in Aphrica ꝑtibus: claſſe Hiſ
paniam petens quũ animaduertiſſet nauem qua uehebatur ab ho
ſtibus captam: gladio præcordia ſua tranſuerberauit: ac deinde pro/
ſtratus in puppi quærentibus cæſarianis militibus ubi nam eſſet ĩpe
rator: Reſpondit imperator ſe bene habet: tantumq; eloqui ualuit:
quantum ad teſtandam animi magnitudinẽ æternæ laudi ſatis erat.

De Catone bono.

t Vi quoq; clariſſimi exceſſus Cato Vtica monumentum eſt: i
qua ex fortiſſimis uulneribus tuis plus gloriæ quã ſanguinis
manauit. Si quidem conſtantiſſime in gladium incõbendo magnũ
homibꝫ documentũ dediſti: quanto potior eſſe debeat ꝓbis dignitas
ſine uita quam uita ſine dignitate.

De Portia Catonis filia & Bruti uxore.

c Vius filia mĩme muliebris animi: quæ quum Bruti uiri ſui
conſiliũ quod de interficiendo Cæſare cœperat: ea nocte qua
dies teterrimi facti ſecutus eſt: cognouiſſet: egreſſo cubiculũ Bruto
cultellum tonſorium quaſi unguium reſæcandorum cauſa popoſcit
eoq; uelut forte elapſo ſe uulnerauit: clamore deinde ancillarum in
cubiculum reuocatus Brutus obiurgare eã cœpit: quod tonſoris præ
ripuiſſet officium. Cui ſecreto Portia non eſt hoc inquit temerarium

2009 Ministerio de Cultura

factū meū: ſed ī tali ſtatu noſtro amoris mei erga te certiſſimū īdici um. Experiri enī uolui: ſi tibi ꝓpoſitū ex ſentētia paꝶ ceſſiſſet: quā æquo aīo me ferro eſſē īteremptura. De Catone.

f Elicior progenie ſua ſuperior Cato: a quo portiæ. familiæ pri cipia manarūt. qui quum ab hoſte ī acie uæhemēti periculo peteretur: uagina gladius eius elapſus decidit quē ſubiectū prælian/ tiū globo atq; undiq; hoſtilibus pedibus circūdatū: poſtquā abeſſe ſi bi animaduertit: adeo cōſtanti animo ī ſuā poteſtatē redegit: ut illū nō periculo oppreſſus rapere: ſed metu uacuus ſumere uideret̄: quo ſpectaculo attoniti hoſtes poſtero die ad eū ſupplices pacem peten tes uenerunt. De. P. Scipione naſica.

t Ogæ quoq; fortitudo militaribus operibus īſerenda ē: qa eā/ dem laudē foro atq; caſtris edita meret̄. Quum Tib. Grac/ chus ī tribunatu profuſis largitionibus fauore populi occupato. R. p. oppreſſā teneret: palamq; dictitaret: īterempto ſenatu omnia per plebē agi debere. ī ædem Fidei publicæ cōuocati. P. C. a cōſule Mu/ tio Scæuola quid nā ī tali tēpeſtate faciūdum eſſet: deliberabāt: cun ctiſq; cēſentibus ut Conſul armis. R. P. tueretur Scæuola negauit ſe quicquā ui eſſe acturū. Tunc Scipio naſica: quoniā inquit cōſul dū iuris ordinē ſeqtur: id agit: ut cū omnibus legibꝫ Romanū īperium corruat: Egomet: priuatus uoluntati ueſtræ me offero ducē: ac deīde leuā manum a parte togæ circūdedit: ſublataq; dextera proclamauit Qui remp. ſaluā eſſe uolunt: me ſequantur: eaque uoce cunctatiōe bonoꝶ ciuium diſcuſſa Gracchum cū ſcelerata factione quas mere/ batur pœnas: perſoluere coegit. De. C. Martio ſene.

i Tem quum Tr. pl. Saturninus & prætor Glaucia & Eqtius deſignatus Tri. pl. maximos ī ciuitate noſtra ſeditionū mo/ tus excitaſſent: nec quiſquā ſe populo concitato opponeret: primū M. Hæmylius Scaurus. C. Marium conſulatum ſextū gerentē hor/ tatus eſt: ut libertatem legeſq; manu defenderet: protinuſque arma ſibi afferri iuſſit: quibus allatis ultima ſenectute confectū: & pœne dilapſum corpus induit: ſpiculoq; innixus ante fores curiæ conſtitit: ac paruulis extremi ſpiritus reliquiis ne reſp. expiraret: effecit: præ/ ſtantia enim animi ſui ſenatum & equeſtrem ordinem ad uindictā exigendam impulit. De diuo Iulio Cæſare.

ſ Ed ut armorū & togæ ſuperius ita nunc etiā ſyderum clarum



2009 Ministerio de Cultura

decus diuum Iulium certiſſimam ueræ uirtutis effigiem repræſen/temus cum innumerabili multitudine & feroci impetu neruiorum inclinari aciem ſuam uideret: timidius pugnāti militi ſcutum detra/xit: eoq; tectus acerrime præliari cœpit: quo facto fortitudinē per to tum exercitum diffudit: labentemque belli fortunam diuino animi ardore reſtituit. De eodem.

i Dem alio prælio legionis martiæ aquiliferum ineundæ fugæ gratia iam conuerſum faucibus cōpræhenſū in contrariā par tem detraxit dexteramq; ad hoſtem tendēs. quorſum tu īquit abis? illic ſunt cum quibus dimicamus: & manibus quidem unum mili/tem adhortatione uero tam acri omnium legionum trepidationem correxit: uinciq; paratas uincere docuit.

De Valerio Flacco tribuno & Padanio centurione.

c Aeterum ut humanæ uirtutis actum exequamur: quū Anni bal Capuam in qua Romanus exercitus erat: obſideret. Iu/bius Aceus pelignæ cohortis præfectus uexillum tranſpunicum ual lum ꝓiecit: ſeipſum ſuoſq; cōmilitones ſi eo hoſtes potiti eſſent: exe cratus: & ad id petendum ſubſequēte cohorte primus impetum fe cit: quod ut Valerius Flaccus tribunus tertiæ legionis aſpexit: cōuer ſus ad ſuos ſpectatores īquit: ut uideo alienæ uirtutis huc uenimus ſed abſit iſtud dedecus a ſanguine noſtro: ut Romani gloria cedere latinis uelint. Ego certe aut ſpecioſam optaui mortem: aut felicem audaciæ exitum: uel ſolus præcurrere paratus ſum. his auditis Pada nius centurio cōuulſum ſignū dextra retinens: iam hoc inquit intra hoſtile uallū mecum erit: ꝓinde ſequanť: qui id capi uolunt: & cū eo in caſtra pœnoꝶ irrupit: totāq; ſecum traxit legionem. Ita trium uiroꝶ fortis temeritas Annibalem pauloante ſpe ſua Capuæ potito/rem ne caſtroꝶ qdem ſuoꝶ potientem eſſe paſſa eſt.

De. Q. Cotio.

q Vorū uirtuti nihil cedit. Q. Cotius: qui ꝓpter fortitudinē Achilles cognominatus eſt. Nam ut reliqua eius opera non exequar: abūde tamē duobus factis quæ relaturus ſum: quātus bel lator fuerit: cognoſceť. Q. Metello cōſule legatus in Hiſpaniam ꝓ fectus celtibericum ſuo eo bellum gerēs poſtquā cognouit a quodā gētis huius iuuene ſe ad dimicandum prouocari: erat autē illi forte prandēdi gratia poſita mēſa. relicta ea arma ſua extra uallū deferri

2009 Ministerio de Cultura

equumq; duci clã iuſſit:ne a Metello ĩpediretur. Et illũ celtibeꝝ ĩſo lentiſſime obeqtantẽ cõſectatus ĩteremit: detractaſq; corpori eius ex uuias ouãs lætitia ĩ caſtra rettulit. De eodẽ. Q. Cotio.

i Dem Pireſũ nobilitate ac uirtute omnes celtiberos præſtantẽ quum ab eo ĩ certamẽ pugnæ prouocatus eſſet ſuccũbere coegit: nec erubuit flagrantiſſimi pectoris iuuenis gladiũ ei ſuũ & ſagulum utroque exercitu ſpectãte tradere. Ille uero etiam petiit: ut hoſpitii iure inter ſe iuncti eſſent: quando inter romanos & celtiberos pax foret reſtituta. De Attilio.

n Ec Attiliũ quidẽ præterire poſſumus: qui quum decimæ legionis miles pro. C. Cæſaris partibus maritima pugna prælia ret abſciſſa dextra quã maſſileſiũ naui ĩiacerat: leua puppim appræhẽdit: nec ãte dimicare deſtitit quã captã ꝓfũdo mergeret: qđ factũ parũ iuſta notitia patet. De Cynegiro.

a T Cynegirũ athenienſẽ ſimili pertinacia ĩ cõſectãdis hoſtib9 uſũ uerboſa cantu laudũ ſuaꝝ Græcia omniũ ſæculorum memoriæ litteraꝝ præconio inculcat. De. M. Scæua.

c Laſſicam Attilii gloriã terreſtri laude. M. Scæua eiuſdẽ ĩperatoris centurio ſubſecutus ẽ. quum enim pro caſtello cui præ poſitus erat dimicaret. Cn. quoq; Pompeii præfectus iuſſu eius ſummo ſtudio & magno militũ numero ad id capiendũ mitteret: omnes qui propius acceſſerãt interemit ac ſine ullo regreſſu pedes pugnans ſup igentẽ ſtragẽ quã ipſe fecerat corruit. cuius corpus capite: humero: femore ſaucio oculo eruto centũ & .xx. ictibus perfoſſũ apparuit Tales ĩ caſtris diui Iulii diſciplina milites aluit: quoꝝ alter dextra alter oculo amiſſo hoſtibus ĩhæſit. Ille poſt hãc iacturã uictor: hic nec hac qdẽ iactura uictus. De Scæuola.

t Vum uero Scæuola ĩexuberabilẽ ſpiritũ ĩ utraq; parte reꝝ naturæ qua admiratione proſequar: neſcio: quoniã excellẽti uirtute dubiũ reliquiſti iter undaſne pugnã fortiorẽ edideris: an ĩ terra uocẽ emiſeris: bello nãq; gallico quo. C. Cæſar nõ cõtentus opa ſua littoribus oceani claudere: britãnicæ inſulæ cæleſtes iniecit manus cũ quattuor commilitonibus rate tranſuectus ĩ ſcopulum uicinũ ĩſulæ quã hoſtium ĩgentes copiæ obtinebãt: poſtquã æſtus regreſſu ſuo ſpatium quo ſcopulus & ĩſula diuidebatur ĩ uadum tranſitu facile redegit: ingenti multitudine barbaroꝝ afflucẽte: cæteris rate ad littus



2009 Ministerio de Cultura

regreſſis ſolus immobilem ſtationis gradũ retinẽs undiq; ruentibus tælis & ab omni parte acri ſtudio ad te inuadendũ nitentibus quiq; militum diurno prælio ſuffectura pila una dextra hoſtium corpori/bus adegiſti:ad ultimũ diſtricto gladio audaciſſimũ quemq; modo umbonis impulſu modo mucronis ictu depellẽs:hinc romanis:illic britannicis oculis incredibili dum cernereris:ſpectaculo fuiſti.poſtq̃ deinde ira ac pudor cũcta conari feſſos coegit:tragula femur traiec/tus ſaxiq; pondere ora cõtuſus galea iã ictibus diſcuſſa & ſcuto cre/bris foraminibus abſumpto ꝓfundo te credidiſti:ac duabus loricis honuſtus inter undas quas hoſtili cruore infeceras:enataſti. uiſoq; imperatore armis non amiſſis:ſed bene impenſis quũ laudem mere reris ueniam petiiſti magnus prælio ſed maior diſciplinæ militaris memoria. Itaque ab optimo uirtutis æſtimatore tum facta tum etiã uerba tua centurionatus honore donata ſunt.

De Lucio Sicinio Dentato.

ſ Ed quod ad præliatorũ excellentẽ fortitudinẽ attinet merito Lucii Sicinii Dentati cõmemoratio omnia romana exempla finierit:cuius opera honoreſq; operum ultra fidem ueri excedere iu/dicari poſſent:niſi ea certi auctores inter quos Marcus Varro monu mentis ſuis teſtata eſſe uoluiſſent:quem cẽties & uigeſies ĩ aciem de ſcẽdiſſe tradũt:eo robore animi atq; corporis utentẽ: ut maiorẽ ſem per uictoriæ ꝑtẽ traxiſſe uideret:ſex &.xxx.ſpolia ex hoſte rettuliſ/ſe:quoꝝ ĩ numero octo fuiſſe cum quibus ſpectante utroq; exercitu ex prouocatione dimicaſſet.xiiii.ciues ex media morte raptos ſeruaſ ſe.quĩque &.xl.uulnera ĩ pectore excepiſſe:tergo cicatricibus uacuo nouem triumphales imperatorum currus ſecutum:totius ciuitatis oculos in ſe numeroſa donoꝝ pompa conuertentẽ præferebant enĩ auræ coronæ octo ciuicæ.xiiii.murales tres: opſidialis una torques. clxxxiii.armillæ.clx.haſtæ.xviii.pharetræ.xxv.ornamẽta etiã legioni nedum militi ſatis multa.

De.T.Iubelio campano.

i Lle quoq; ex pluribus corporibus ĩ unum magna cum admi ratione Calibus cruor confuſus eſt:in quo oppido cũ Fuluius Flaccus ꝓpter campanam perfidiam prĩcipes ciuitatis ante tribunal ſuum capitali ſupplicio afficiendos iudicaret:litteriſque a ſenatu ac/ceptis finem pœnæ eorum ſtatuere cogeret:ultro ſe ei.T.Iubelius taurea campanus obtulit:& quam potuit clara uoce: quoniam inqt

2009 Ministerio de Cultura

Fului cupiditate tãta hauriẽdi ſãguinis noſtri teneris: qd ceſſas ĩ me cruentã ſecurim diſtringere: ut gloriari poſſis: aliquando uirũ quã ipſe es: tuo iuſſu eſſe interemptũ: eo deinde dicẽte libẽter id ſe eſſe factũrũ: niſi ſenatus uolũtate ĩpediret: at me ĩquit cui nihil patres. C. præceperũt aſpice oculis tuis qdẽ gratũ animo uero tuo maius opus edentẽ protinuſq; interfecta coniunge ac liberis: gladio ĩcubuit: quẽ uirũ illum putemus fuiſſe: qui ſuorum ac ſua cæde teſtari uoluit ſe Fuluii crudelitatem ſugillare: quam ſenatus miſericordia uti ualuiſſe.

Externa de Dario.

a Ge Darii quãtus ardor animi: qui cũ ſordida & crudeli magoꝝ tyrãnide Perſas liberaret: unũq; ex his obſcuro loco abiectũ corporis põdere urgeret: præclari opis ſocio plagã ei ĩferre dubitãti: ne dum magũum petit ipſũ uulneraret: tu uero ĩqt nihil ẽ quod reſpectu mei timidius gladio utaris: uel ꝑ utrũq; illũ agas licet: dum hic quam celerrime pereat.

De Leonida.

h Oc loci Leonidas ſpartanus nobilis occurrit: cuius propoſito opere exitu nihil fortius. Nã cum. ccc. ciuibus apud Termopylas toti Aſiæ obiectus grauẽ illum & mari & terre Xerxem nec hominibus tãtum terribilẽ: ſed Neptuno quoq; cõpedes & Chao tenebras minitãtẽ pertinacia uirtutis ad ultimã deſperationẽ redegit. Cæterum ꝑfidia & ſcelere ĩcolarum eius regionis & loci opportunitate qua plurimum adiuuabatur ſpoliatus occidere dimicans quam aſſignatam ſibi a patria ſtationem deſerere maluit. Ideoq; tã alacri animo ſuos ad id prælium quo perituri erãt cohortatus ẽ ut diceret ſic: prandete cõmilitones tanquam apud ĩferos cœnaturi: mors erat denunciata: lacedæmonii perinde ac uictoria eſſet promiſſa ductori intrepide paruerunt.

De Othriada.

o Thriade quoq; pugna pariter ac morte ſpecioſa Thyreatium laude: quã ſpatio latius ſolũ cernitur: qui ſãguine ſuo ſcriptis litteris direptam hoſtibus uictoriã tantũ nõ poſt fata ſua inſinum patriæ cruento trophæi titulo rettulit.

De Epaminunda.

e Xcellentiſſimos ſpartanæ ciuitatis ꝓuentus miſerabilis lapſus ſequit̃. Epaminũdas maxima thebarum felicitas: idemq; lacedæmoniis prima clades: quũ uetuſtã eius urbis gloriã inuictãq; ad id tempus publicam uirtutem apud Leutram & Mantineã ſecũdis præliis contudiſſet: traiectus haſta ſanguine & ſpiritu deficiens

2009 Ministerio de Cultura

recreare ſe conantes primum an clipeus ſuus ſaluus eſſet: deinde an fuſi hoſtes penitus forent: interrogauit: quæ poſtquã ex animi ſentẽtia cõperit: nõ finis inquit cõmilitones meæ uitæ ſed melius & alterius initium aduenit. Nunc. n. ueſter Epaminundas naſcitur: qa ſic morit̃ Thebas ductu & auſpiciis meis caput Græciæ factas uideo: & fortis & animoſa ciuitas ſpartana iacet armis noſtris abiecta: amara dominatione Græcia liberata eſt: orbus quoq; nõ tamen ſine liberis morior: quoniã mirificas filias Leutram & Mantineam relinquo: e corpore deĩde ſuo haſtã deduci iuſſit: eoq; uulnere expirauit. Quod ſi eũ dii ĩmortales uictoriis ſuis perfrui paſſi eſſent: ſoſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet. De Theramene.

a Cne Theramenis quidẽ athenienſis in publica cuſtodia mori coacti parua menti cõſtantia: in qua triginta tyrannorum iuſſu porrectam ueneni potionem nõ dubitanter hauſit. Quodque ex ea ſuperfuerat iocabundus illiſum humo clarꝫ edere ſonũ coegit. Ridẽſq; ſeruo publico qui eã tradiderat Critiæ inqt ꝓpino: uide igit̃ ut hoc poculũ ad eũ continuo perferas. erat autẽ is ex. xxx. tyrannis crudeliſſimus: ꝓfecto eſt ſupplicio ſe liberare: tam facile ſuppliciũ ꝑpeti. Itaq; Theramenes ꝓinde ac in domeſtico lectulo moriens uita exceſſit. Inimicoꝝ exiſtimatione punitus ſuo iudicio finitus: ſed Theramenes a litteris & doctria uirilitatẽ traxit. De Theogene.

n Vmantino uero Theogeni ad cõſimilẽ uirtutem capeſſẽdã: quaſi magiſtra gẽtis ſuæ ferocitas extit. ꝑditis nanq; & afflictis rebus numantinoꝝ: quũ oẽs eius ciues nobilitate pecunia honoribuſq; præſtaret: uicum ſuum qui ĩ ea urbe ſpecioſiſſimus erat: contractis undiq; nutrimẽtis ignis incendit: ꝓtinuſq; ſtrictum gladium ĩ medio poſuit: ac binos ĩter ſe dimicare iuſſit: ut uictus inciſa ceruice ardẽtibus tectis ſuperiaceret: qui cũ tã forti lege mortis, oẽs aſſũpſiſſet: ad ultimũ ſeipſum flamis ĩmerſit. De uxore Aſdrubalis.

u Erum ut æque populo. Ro. inimicæ urbis excidium referam Carthagine capta: uxor Aſdrubalis exprobrata ei impietate quod a Scipione ſoli ſibi impetrare uitam contẽta fuiſſet: dextra leuaque tres communes filios mortẽ non recuſantes trahẽs incẽdio ſe flagrantis patriæ obiecit. De duabus puellis ſyracuſanis.

m Vlieris fortitudinis exẽplo æque fortẽ duarum puellarum caſũ adiiciã. Cũ peſtifera ſediõe ſyracuſaꝝ tota regis Hierõis

Exerit

2009 Ministerio de Cultura

ſtrips euidentiſſimis exhauſta cladibus ad unicā filiam Harmoniā uirginē eſſet redacta: & ī eā certatim ab inimicis īpetus fieret: nutrix eius æqualē illi puellā regio cultu ornatā hoſtilibus gladiis ſubiecit: quæ ne cū ferro qdem trucidaretur: cuius eſſet cōditionis ediceret: proclamauit admirata illius animū Harmonia: & tantæ fidei ſuper eſſe nō ſuſtinuit. Reuocatoſq; interfectores profeſſa quæ nam eſſet: in cædem ſuam conuertit. Ita alteri tectū mendacium: alteri ueritas aperta finis uitæ fuit.

De patientia Cap. iii.

e Gregius pariter uiroꝶ ac fœminaꝶ operibus fortitudo ſe oculis hominū ſubiecit: patiētiāq; ī mediū ꝓcedere hortata ē: nō ſane īfirmioribus radicibus ſtabilitā aut minus generoſo ſpiritu abūdātem: ſed ita ſimilitudine iūctā: ut cū ea uel ex ea nata uideri poſſit.

De Mutio Scæuola.

q Vid enim his quæ ſupra rettuli facto Mutii cōuenietius quū a Porſena rege ethruſcorū urbē noſtrā graui ac diutino bello urgeri ægre ferret: caſtra eius clā ferro cinctus ītrauit: īmolātemque ante altaria conatus ē occidere: cæteꝶ īter molitionē pii pariter ac for tis propoſiti oppreſus nec cauſam aduētus texit: & tormēta quātope re cōtemneret mira patientia oſtendit. peroſus enim credo dexterā ſuā quod eius miniſterio ī cæde regis uti nequiſſet: iniectā foculo ex uri paſſus ē. Nullū profecto dii īmortales admodum aris cultū attē tioribus oculis uiderūt: ipſū quoq; Porſenā oblitū periculi ſui ultio/ nem ſuā uertere ī admirationē coegit. Nā reuertere inqt ad tuos Mu ti: & eis refer te quū uitam meā petieris a me uita donatū: cuius clæ mētiā nō adulatus Mutius triſtior Porſenæ ſalute: quā ſua lætior: ur bi ſe cum æternæ gloriæ cognomine Scæuolam reddidit.

De Pompeii patientia.

p Ompeii etiam probabilis uirtus qui dū legationis officio fun geretur a Gentio rege īterceptus: quum ſenatus cōſilia ꝓde re iuberetur: ardenti lucernæ admotū digitū cremādū prebuit: eaq; patiētia regi ſimul & deſpationem tormētis qcquā ex ſe cognoſcēdi excuſſit: & expetēdæ. P. R. amiciciæ magnā cupiditatē īgenerauit.

a C ne plura huiuſce generis exēpla domi ſcrutādo ſæpius ad ci uiliū belloꝶ deteſtādā memoriā ꝓgredi cogar duobꝫ romāis exēplis cōtētus: quæ ut clariſſimaꝶ familiaꝶ cōmēdationē: ita nullū publicū mœrorē cōtinēt externa ſubnectā.

Externa.

2009 Ministerio de Cultura

u Etuſto Macedoniæ more Regi Alexandro nobiliſſimi pueri
præſto erant ſacrificanti: e qbus unus thuribulo accepto ãte
ipſũ aſtitit ĩ cuius brachio carbo ardens delapſus ẽ: quo & ſi ita ure
baẽ: ut aduſti corporis eius odor ad circunſtantiũ nares pueniret: ta/
mẽ & dolorẽ ſilentio preſſit: & brachiũ ĩmobile tenuit: ne ſacrificiũ
Alexandri aut excuſſo thuribulo impediret aut edito gemitu aures
regias aſpgeret. Rex quoq; patientia pueri magis delectatus hoc cer
tius perſeuerantiæ experimentum ſumere uoluit. cõſueto. n. ſacrifi/
cauit diutius: nec hac re eũ a ꝓpoſito reppulit: ſi huic miraculo Da/
rius inſeruiſſet oculos: ſciſſet eius ſtirpis milites uinci nõ poſſe: cuius
infirmam ætatem tanto robore præditam animaduertiſſet.

Quid in homine facit uirtus & philoſophia.

e St & illa uæhemẽs & conſtans animi militia litteris pollẽs ue
nerabiliũ doctrinæ ſacroꝝ antiſtes philoſophia: quæ ubi pec/
tore recepta ẽ hominũ ĩhoneſto atq; inutili affectu depulſo totum in
ſolidæ uirtutis munimẽto cõfirmat: potẽtiuſq; metu ac dolore facit.

De Zenone eleate.

i Ncipiã aũt a Zenone eleate qui quũ eſſet in diſpiciẽda rerũ
natura maxime prudentiæ: inq; excitandis ad uĩgorẽ iuuenũ
animis prõptiſſimus præceptoꝝ fidẽ exẽplo uirtutis ſuæ publicauit.
patriã. n. egreſſus in qua frui ſecura libertate poterat: agrigentũ miſe
rabili ſeruitute obrutũ petit tãta fiducia ĩgenii ac morũ ſuoꝝ fretus:
ut ſperauerit & tyrãno & phalari ueſanæ mentis ueritatẽ a ſe diripi
poſſe. Poſtq̃ deinde apud illũ plus cõſuetudinẽ dominatiõis quã cõ
ſilii ſalubritatẽ ualere animaduertit: nobiliſſimos eius ciuitatis adole
ſcẽtes: cupiditate liberãdæ patriæ ĩflamauit: cuius rei cũ indiciũ ad ty
rannũ manaſſet cõuocato ĩ forũ populo: torquere eum uario crucia
tus genere cœpit: ſubĩde quærens quos nã conſilii participes haberet:
at ille nec eoꝝ quempiam nominauit: & ꝓximum quemq; ac fidiſſi
mũ tyranno ſuſpectum reddidit increpitanſq; agrigentinis ignauiã
ac timiditatẽ effecit: ut ſubito mẽtis impulſu cõcitati phalarim lapi/
dibus proſternerẽt Senis ergo unius eculeo ĩpoſiti nõ ſupplex uox:
nec miſerabilis eiulatus: ſed fortis cohortatio totius urbis animũ for/
tunamq; mutauit.

De alio philoſopho Zenone.

e Iuſdẽ nomĩs philoſophus quũ a Clearcho tyranno de cuius
nece conſiliũ inierat: torquereẽ ſupplicii pariter atq; indican/

2009 Ministerio de Cultura

dorũ gratia cõſcioꝝ doloris uictor: ſed ultionis cupidus eſſe dixit qđ ſecreto audire eũ admodũ expediret: laxatoq; eculeo poſtquã iſidiis opportunũ tẽpus aĩaduertit: aurẽ eius morſu corripuit: nec ante di/miſit quã & ipſe uita: & ille corporis parte priuaret.

De Anaxarcho.

t Alis patientiæ æmulus Anaxarchus quũ a tyrãno cypriorum Nicocreonte torqueret: nec ulla ui ĩhibere poſſet eũ: quomi/nus amariſſimorũ maledictoꝝ uerberibus ĩuicẽ ipſe torqueret: ad ultimũ amputationẽ linguæ minitãti: nõ erit ĩquit effœminate ado/leſcens hæc quoq; pars corporis mei tuæ ditionis: protinuſq; dẽtibus abſciſſã & comãducatã linguã ĩ os eius ira patẽs expuit. multoꝝ aũt aures illa lingua & ĩ primis Alexandri regis admiratione ſui attonitas habuerat: dũ terræ cõditionẽ: habitum maris ſyderũ motus: totius q; deniq; mundi naturã prudentiſſime & facũdiſſime exprompſit: pœne tamẽ occidit glorioſius quã uiguit: quia tã forti fine illuſtrem profeſſionis actũ cõprobauit: Anaxarchiq; nõ uitã modo deſeruit: ſed mortẽ reddidit clariorẽ.

De Theodoro.

i N Theodoro quoq; uiro grauiſſimo Hieronymus tyrannus tortoꝝ manus fruſtra fatigauit. Rupit enĩ uerbera: fidiculas laxauit: ſoluit eculeũ: laminas extinxit: priuſquã efficeret: ut tyrãni cidii cõſcios ĩdicaret. Quin etiã ſatelitẽ ĩ quo totius dominationis ſũ ma quaſi quodã cardine uerſabat falſa criminatione ĩquinãdo fidũ lateri eius cuſtodẽ eripuit: beneficioq; patientiæ nõ ſolũ quæ occulta fuerũt: texit: ſed etiã tormẽta ſua ultus ẽ: quibus Hieronymus dum inimicũ cupide lacerat: amicum temere perdidit.

a Pud idos uero patientiæ meditatio tã obſtinate uſurpari cre ditur: ut ſint qui omne uitæ tempus nudi exigãt modo cauca ſi mõtis gelido rigore corpora ſua durantes: modo flamis ſine ullo gemitu obiicientes: atq; haud parua his haud nulla gloria cõtemptu doloris acquiritur: tituluſq; ſapientiæ datur. hæc e pectoribus altis & eruditis orta ſũt Illud tamen nõ minus admirabile quod ſeruilis ani mus cepit.

De quodam ſeruo.

ſ Eruus barbarus Aſdrubalem quod dominum ſuũ occidiſſet grauiter ferens ſubito aggreſſus interemit. Quumque com præhenſus omni modo cruciaretur: lætitiam tamen quam ex uin dicta ceperat: in ore cõſtãtiſſime retinuit. Non ergo faſtidioſo aditu

2009 Ministerio de Cultura

uirtus excitata ingenia uiuida ad ſe penetrare patitur. Neqꝫ hauſtū ſui cū aliquo perſonaꝝ diſcrimine largū malignūue præbet: ſed oibꝫ æqualiter expoſita quid cupiditatis potiuſ q̄ quid dignitatis attuleris æſtimat: inque captu bonoꝝ ſuoꝝ tibi ipſi pondus examinandū reli quit: ut quantum ſubire animo ſuſtinueris: tantū tecum auferas.

De iis qui humili loco nati clari euaſerūt. Cap. iiii.

q Vo euenit: ut & humili loco nati ad ſummā dignitatem cō ſurgant: & generoſiſſimaꝝ imaginum fœtus in aliquod re/ uoluti dedecus: acceptam a maioribus lucem in tenebras conuertant: quæ quidem planiora ſuis exēplis reddunt᷑. ac prius de his ordiar: quoꝝ in meliorē ſtatum facta mutatio ſplendidam rela/ tu præbet materiam. Incunabula Tullii Hoſtilii agreſte tugurium cepit: eiuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata: uali/ dior ætas imperium Romanum rexit: & duplicauit. Senectus excel/ lētiſſimis ornamentis decorata in excellentiſſimo maieſtatis faſtigio fulſit: uerum ſi Tullius magnus: & admirabilis incrementi: do/ meſticum tamen exemplum eſt.

t Arquinium autem priſcum ad Romanum imperium occu/ pandum fortuna in urbē noſtram aduexit: alienum: quod ex actum: alieniorem quod ortum Corintho: faſtidiendum quod mer catore genitū: erubeſcendū quod etiā exule demarato natum patre. Cæterum tā ꝓſperum cōdicionis ſuæ euentū induſtrioſum pro inui dioſo: glorioſum ꝓ inuiſo reddidit. dilatauit. n. fines romani populi: cultū deoꝝ nouis ſacerdotiis auxit: numerū ſenatus āplificauit: eque ſtrem ordinem uberiorem reliquit: quaqꝫ laudum eius conſurnatio eſt præclaris uirtutibus effecit: ne hæc ciuitas pœnitentiam ageret: quod regem de finitimis potius mutuata eſſet: quā de ſuis legiſſet.

De Tullo Seruio rege.

i N Tullo uero Seruio fortuna præcipue uires ſuas oſtendit. Vernam huic urbi natum regē dando: cui qdē diutiſſime ipe riū obtinere: quater luſtrū cōdere: ter triūphare cōtigit. ad ſūmā aūt unde ꝓceſſerit: aut quo ꝑuenerit ſtatuæ ipſius titulus abūde teſtat᷑: ſeruili cognomine & regia appellatiōe ꝑplexus.

De Varrone.

m Iro quoqꝫ gradu Varro ad conſulatum ex macellaria patris taberna cōſcendit: equidē fortuna parū duxit: ſordidiſſimæ mercis capturis ſolito duodeci faſces largiri niſi ēt. L. Aemiliū Paulū

2009 Ministerio de Cultura

dediſſet collegam: atq; ita ſe i eius ſinum iſudit: ut cũ apud cannas culpa ſua uires. po. ro. exhauſiſſet Paulũ quoq; q prælĩũ cõmittere noluerat occidere pateret: illũ i urbem icolumẽ reduceret. qnetiã ſe natũ grãs ei agẽtẽ: qđ redire uoluiſſet: ante portas eduxit: excuditq; ut grauiſſimæ cladis auctori dictatura deferet.

De. M. perpenna.

n On paruus cõſulatus rubor Marci perpennæ: utpote qui cõ ſul antequã ciuis. ſed i bello gerendo utilior aliquando. reip. Varrone iperatore Regẽ enim Ariſtonicũ cepit: Craſſianæq; ſtragis punitor extitit. quum iterim cuius uita triumphauit: mors papia le ge damnata ẽ. Nãq; patrem illius nihil ad ſe ptinentia ciuis romani iura cõplexum Sabelli iudicio petitum redire in priſtinas ſedes coge runt. Ita Marci perpennæ nomen adumbratum falſus conſulatus ca liginis ſimile impium: caducus triumphus: aliena i urbe iprobe pe regrinatus eſt.

De. M. Porcio Catone.

m Arci uero Porcii Catonis icrementa publicis uotis expetenda fuerũt: qui nomen ſuũ tuſculi ignobile Romæ nobiliſſimũ reddidit: ornata ſũt enim ab eo ſupra litterarum latinarum monumẽ ta adiuta diſciplina militaris: aucta maieſtas ſenatus: prorogata fa milia in qua maximum decus poſterior eſt ortus Cato.

Externa exempla de ſocrate.

ſ Ed ut romanis externa iungamus: Socrates nõ ſolũ hoĩnũ cõſenſu: uerũ etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudica tus: Phanarente matre obſtetrice & Sophoniſco patre marmorario genitus ad clariſſimum lumẽ gloriæ exceſſit. neq; imerito. nam cum eruditiſſimoꝝ uirorum igenia in diſputatione cæca uagarentur: men ſuraſque ſolis & lunæ & cæterorum ſyderum loquacibus magis quã certis argumentis explicare conarentur: totius etiam mundi ambitũ complecti auderent: primus ab his indoctis erroribus abductũ ani mum ſuum in intima condicionis humanæ & in ſeceſſu pectoris re poſitos affectus ſcrutari coegit ſi uirtus per ſeipſam æſtimetur: uitæ magiſter optimus.

De Euripide & Demoſthene.

q Vam matrem Euripides: aut quem patrem Demoſthenes habuerit: ipſorum quoque ſæculo ignotum fuit: alterius au tem matrem holera: alterius patrem cultellos uænditaſſe: omniũ pœ ne doctorum litteræ loquũtur: ſed quid aut illius tragica: aut huius oratoria ui clarius.

2009 Ministerio de Cultura

De his qui a parentibus claris degenerauerunt. Cap.v.

Equitur duplicis promiſſi pars ad opertis illuſtriũ uirorũ
ſ imaginibus reddenda: quoniam quidẽ ſunt referendi: qui
ab eaꝝ ſplendore degenerauerunt: teterrimis ignauiæ ac ne
quitiæ ſordibus imbuta nobilia portenta.

De Scipione ignobili filio Africani.

q Vid.n.monſtro ſimilius quam ſuperioris Africani filius Sci
pio qui in tanta domeſtica gloria ortus: a paruulo admodũ
regis Antiochi præſidio capi ſuſtinuit: quũ ei uoluntaria morte abſu
mi ſatius fuerit: quam inter duo fulgentiſſima cognomina patris: &
patrui: altero maiori oppreſſa Aphrica iam parto: altero iam maiore
ex pte recuperata Aſia: ſurgere incipiente manus uinciẽdas hoſti tra
dere eiuſq; beneficio precarium ſpiritũ obtinere: de quo mox.L.Sci
pio ſpecioſiſſimũ deoꝝ hominũq; oculis ſubiecturus erat triũphum.

De eodem Scipione.

i Dem præturæ petitor candidã togam adeo turpitudinis ma/
culis obſolefactã in campum detulit: ut niſi gratia citherei q
patris eius ſcriba fuerat adiutus eſſet: honorem a po. ĩpetraturus nõ
uideret: quãquam quid interfuit utrum repulſam an ſic adeptam
præturam domum referret: quam quum propinqui ab eo pollui ani
maduerterẽt: id egerunt: ne aut ſellam ponere: aut ius dicere aude/
ret. Inſuperq; e manu eius anulum in quo caput Africani ſculptum
erat: detraxerunt: dii boni q̃s tenebras e quo fulmĩe naſci paſſi eſtis.

De filio.Q.Fabii degenere.

a Ge.Q.Fabii Maximi alobrogis & ciuis & imperatoris clariſ
ſimi filius.Q.Fabius Maximus quã perditam luxuria uitã
egit: cuius ut cætera flagitia oblitterent̃: tamen abunde illo dedecore
mores nudari poſſet quod ei.Q.Põpeius prætor urbanus paternis
bonis interdixit: neq; in tanta ciuitate qui illud decretum repræhẽde
ret: ĩuentus eſt. dolenter.n.homines ferebant pecuniam quæ Fabiæ
gentis ſplẽdori ſeruire debebat: flagitiis diſiici: ergo quẽ nimia patris
indulgentia hæredem reliquerat: publica ſeueritas exhæredauit.

De filio Clodii pulchri.

p Oſtẽdit fauorẽ plebis Clodius pulcher: adhærenſq; Fuluianæ
ſtolæ puſio militare decus muliebri imperio ſubiectum ha/
buit: quoꝝ filius pulcher præterquã quod eneruẽ & frigidã iuuẽtã

2009 Ministerio de Cultura

egit:perdito etiam amore uulgatiſſimæ meretricis īfamis fuit: mor/
tiſq; erubeſcendo genere conſumptus eſt:abdomine enim auide de/
uorato fœdæ :ac ſordidæ intemperantiæ ſpiritum reddidit.

De Hortenſio Corbio.

n Am.Q .quidẽ Hortẽſi qui ī maximo & ingenuorum ciuiũ
& ampliſſimoꝝ prouẽtu ſummũ auctoritatis atq; eloquẽtiæ
gradũ obtinuit:nepos Hortẽſis Corbio:omnibus ſcortis abiectiorem
& abſceniorem uitã exegit:ad ultimũq; lingua eius tã libidini cũcto
rum īter lupanaria proſtitit quã qui pro ſalute ciuiũ ī foro excubue/
rat:animaduerto ī quã piculoſum iter proceſſerim.Itaq; meipſũ re/
uocabo:ne ſi r̄liqua eiuſdẽ generis naufragia cõſectari pſeuerauero:
aliqua īutili relatione implicer.Referrã igitur pedẽ:deformeſq; um/
bras ī imo gurgite turpitudinis ſuæ iacere patiar.Satius ẽ enim nar/
rare qui illuſtres uiri ī cultu cæteroq; uitæ ritu aliqua ex parte nouan
do ſibi īdulſerunt.

Qui ex illuſtribus ī ueſte aut ī cætero cultu licẽti
us quam mors patrius pmittebat indulſerunt.

De.P.Scipione. Cap.ſextum.

P VBLIVS Scipio cũ ī Sicilia augendo exercitũ traiiciẽ
doq; ī Aphricã opportunum quærẽdo gradũ Cartha/
ginis ruinã animo uolueret:inter cõſilia ac molitiones
tãtæ rei operam gymnaſio dedit:pallioque & crepidis
uſus nec hac re ſegniores punicis exercitibus manus ītulit:ſed neſcio
an ideo alacriores:qa uegeta & ſtrenua īgenia quo plus receſſus hoc
uæhemẽtiores īpetus edũt.Crediderim etiã fauorẽ eum ſocioꝝ ube/
riorẽ ſe adepturum exiſtimaſſe ſi uictũ eorũ & ſollemnes exercitatio
nes cõprobaſſet:ad quas tamen ueniebat quum multum ac diu fati
gaſſet humeros:& cætera mẽbra militari agitatione firmitatem ſuã
probare coegiſſet:conſiſtebatq; ī illis labor eius:in his remiſſio labo/
ris. De.L.Scipione.

l Vcii uero Scipionis ſtatuã chlamydatam & crepidatam ī ca
pitolio cernimus.quo habitu uidelicet quia aliquando uſus
erat:effigiẽ ſuã formatã poni uoluit. De.L.Scylla.

l Vcius quoque Scylla quum imperator eſſet chlamydato ſibi
& crepidato habitu Neapoli ambulare deforme non duxit.

De Caio Duelio.



2009 Ministerio de Cultura

c Aius autem Duelius:qui primus naualem triumphũ ex pœ
nis rettulit:quotieſcunq; epulaturus erat ad funalē cæreum
præeunte tibicine & fidicine a cœna domũ reuerti ſolitus eſt iſignē
bellicæ rei ſucceſſũ nocturna celebratione teſtando.

De Papyrio Maſſone.

n Am Papyrius quidem Maſſo quum bene geſta rep. triũphũ
a ſenatu non impetraſſet:in albano mōte triũphandi & ipſe
initiũ fecit:& cæteris poſtea exemplum præbuit:ꝓque laurea coro/
na cũ alicui ſpectaculo intereſſet:myrtea uſus ē. De.C.Mario.

i Am.C.Marii pœne inſolens factum:nã poſt Iugurthinũ cim
bricumq; & teutonicũ triumphum cantharo ſemꝑ potauit:
quod liber pater indytum ex Aſia deducēs triumphum hoc uſus po
culi genere ferebat̃:ut inter ipſum hauſtum uini uictoriæ eius ſuas
uictorias compararet. De.M.Catone.

m Arcus autem Cato prætor.M.Scauri cæterorũq; reorum iu
dicia nulla induēs tunica:ſed tantũmodo amictus prætexta
egit:ſed hæc atq; his ſimilia uirtutis aliquid ſibi in conſuetudine no
uanda licentiæ ſumētis indicia ſunt.Illis aũt quæ deīceps ſubnectã:
quantã ſui habere fiduciam ſoleat cognoſcet̃.

De Fiducia. Capitulũ Septimum.

VBLIVS &.Cn.Scipionibus in Hiſpania cum maiore
p parte exercitus acie punica oppreſſi omnibuſq; ꝓuinciæ
eius nationibus carthaginēſium amiciciã ſecutis : nullo
ducum noſtroꝝ illuc ad corrigendam rem ꝓficiſci au/
dente.P.Scipio quartum & uigeſimum annum agens iturũ ſe pol
licus eſt.Qua quidē fiducia.P.R.ſaltus ac uictorię ſpem dedit.

e Ademq; in ipſa Hiſpania uſus eſt. Nam cũ oppidum badiã
circunſederet tribunal ſuũ adeuntes;in ædem quæ intra mœ
nia hoſtium erat:uadimonium in poſterum diem facere iuſſit.con
tinuoq; urbe potitus & tempore & loco quo prædixerat:ſella poſita
ius eis dixit.Nihil hac fiducia generoſius:nihil prædicatione uerius:
nihil celeritate efficacius:nihil etiã dignitate dignius. De eodem.

n Ec minus animoſus minuſue ꝓſper illius i Aphricã trãſitus:
in quam e Sicilia exercitum ſenatu uetante traduxit : quia
niſi plus in ea re ſuo quã patrũ conſcriptorum cõſilio credidiſſet:ſe/
cundi punici belli finis inuentus non eſſet. De eodem.

2009 Ministerio de Cultura

c Vi facto par illa fiducia: quod poſtquã Africã attigit ſpecu/latores Annibalis ĩ caſtris depreheſos: & ad ſe perductos nec ſupplicio affecit: nec de cõſiliis ac uiribus pœnorum pcũctatus ẽ: ſed circa omnes manipulos diligentiſſime ducẽdos curauit. Interrogatoſq; an ſatis ea conſyderaſſent: quæ ſpeculari iuſſi erãt. prãdio dato ipſis iumẽtiſq; eoꝝ ĩcolumes dimiſit quo tã pleno fiduciæ ſpiritu prius animos hoſtiũ quã arma cõtudit. De eodem.

u Erum ut ad domeſtica eximiæ eius fiduciæ acta ueniamus quũ a. L. Scipione ex antiochenſi pecunia ſeſtertium quadragies ratio ĩ curia repoſceretur: ꝓlato ab eo libro: quo acceptæ expẽſæque ſũmæ cõtinebãt: refelliq; inimicoꝝ accuſatio poterat: diſcerpſit: ĩdignatus de ea re dubitari: quæ ſub ipſo legato adminiſtrata fuerat: quinetiã ĩ hũc modũ egit: nõ reddo. P. C. ærario ueſtro ſeſtertii quadragies rationẽ alieni imperii miniſter: quod meo ductu meiſq; auſpiciis bis millies ſeſtertio uberius feci. Neq; enĩ adhuc puto eo malignitatis uẽtũ: ut de mea ĩnocẽtia quærẽdũ ſit. Nã cũ Aphricã totam poteſtati ueſtræ ſubiecerim: nihil ex ea quod meũ diceretur: præter cognomẽ rettuli. nõ igitur me punicæ: nõ fratrẽ meũ aſiaticæ gazæ auarũ reddiderũt: ſed uterq; noſtꝝ inuidia magiſquã pecunia locupletior ẽ. tam conſtantem defẽſionem Scipionis uniuerſus ſenatus comprobauit. De eodem.

ſ Icut illud factũ quod cũ ad neceſſariũ reip. uſũ pecuniam ex ærario promi opus eſſet. idq; quæſtores quia lex obſtare uideretur: aperire nõ auderẽt: priuatus claues popoſcit: patefactoq; ærario legẽ utilitati cedere coegit: quã qdem fiduciã cõſciẽtia illa dedit: quia mẽminerat omnes leges a ſe eſſe ſeruatas. De eodem.

n On fatigabor eius facta identidẽ referendo: quoniã nec ille qdem ĩ cõſimili genere uirtutis edendo fatigatus eſt. diem illi ad populum. M. Neuius Tr. plebis. aut ut qdam memorãt duo petilii dixerũt: qui ĩgenti frequentia ĩ foꝝ deductus roſtra conſcendit: capitiq; ſuo corona triumphali ĩpoſita. hac ego inquit. Quirites die Carthaginem magna ſperãtem leges noſtras accipere iuſſi: proinde æquum eſt uos mecũ ire ĩ capitolium ſupplicatũ: ſpecioſiſſimã đinde eius uocẽ æque clarius euẽtus ſecutus ẽ: ſiquidẽ & ſenatũ totũ & uniuerſũ equeſtrẽ ordinẽ & cunctã plebẽ Iouis optimi maximi puluinaria petẽs comitẽ habuit. Reſtabat ut tribunus apud populũ ſine



2009 Ministerio de Cultura

populo ageret: deſertuſq; in foro cũ magno calumniæ: ſuæ ludibrio ſolus moraret̃: cuius deuitandi ruboris cauſa ĩ capitoliũ ꝓceſſit: deq; accuſatore Scipionis uenerator eſt factus.

De Scipione Aemiliano.

a Viti ſpiritus egregius ſucceſſor Scipio Aemilianus quum urbẽ præualidam obſideret ſuadẽtibus quibuſdã: ut circa mœnia eius ferreos tribulos murices ſpargeret: omniaq; uada tabulis plumbatis cõſterneret habẽtibus clauoꝝ cacumina: ne ſubita eruptione hoſtes in præſidia noſtra impetum facere poſſent: reſpõdit non eſſe eiuſdẽ & capere aliquos uelle & timere.

De. C. Curiatio.

i N quãcunq; memorabiliũ partem exẽploꝝ conuertor uelim nolimue ĩ cognomine Scipionum hæream neceſſe eſt. cui. n. licet hoc loci Naſicam præterire fidentis animi dictiq; clariſſimum auctorem: annonæ caritate increbeſcẽte. C. Curiatius. tr. ple. ꝓductos in concionem cõſules cõpellabat: ut de frumento emendo atque ad id negociũ explicandũ mittendis legatis ĩ curiam referrẽt. Cuius inſtituti minime utilis interpellandi gratia Naſica contrariã actionẽ ordiri cœpit. obſtrepente deinde plebe tacete quæſo quirites inquit. plus. n. ego quam uos quid reip. expediat: intelligo: qua uoce audita omnes pleno uenerationis ſilẽtio maiorem auctoritatẽ eius quã ſuoꝝ alimẽtorum reſpectum egerunt.

De Liuio ſalinatore.

l Iuii quoq; ſalinatoris æternæ memoriæ tradẽdus animus: qui quũ Aſdrubalem exercitumq; pœnoꝝ in Vmbria deleſſet: & ei diceret̃ gallos ac ligures ex acie ſine ducibꝫ & ſignis ſparſos ac palantes parua manu opprimi poſſe: reſpõdit. ĩ hoc eis oportere parci: ne hoſtibus tantæ cladis domeſtici nuncii deeſſẽt.

De. P. Furio Philo.

b Ellica hæc præſtantia animi togata illa: ſed non minus laudabilis quã Publius Furius Philus cõſul ĩ ſenatu exhibuit. Q. enim Metellũ. Q. q; Popeium conſulares uiros uæhemẽtes inimicos ſuos: cupidam ſibi ꝓfectionẽ in ꝓuinciam Hiſpaniam quã ſortitus erat: idẽtidem exprobrantes; legatos ſecum illuc ire coegit. fiduciam nõ ſolum fortem ſed pœne etiam temerariã exhibẽs: quæ duobus acerrimos odiis latera ſua cigere auſa eſt: uſumq; miniſterii uix tutũ in amicis e ſinu inimicoꝝ petere ſuſtinuit.

De. L. Craſſo.

c Vius factũ ſi cui placet: neceſſe eſt. L. etiam Craſſi: q apud

2009 Ministerio de Cultura

maiores eloquētia clariſſimus fuit: propoſitū nō diſpliceat: nā quū ex cōſul prouinciā Galliā obtineret: atq; ī eā. Cn. Carbo: cuius patrē dānauerat: ad ſpeculāda acta ſua ueniſſet: nō ſolū eū ide nō ſūmouit: ſed īſuper locū ei ī tribunali aſſignauit: nec ulla de re niſi eo ī cōſiliū adhibito cognouit. Itaq; acer & uæhemēs Carbo nihil aliud gallica pegrinatione cōſecutus ē: quā ut aiaduerteret recte patrē ſuū ab ītegerrimo uiro ī exilium miſſum.

De Catone ſuperiore.

c Ato uero ſuperior ſæpenumero ab inimicis ad cauſæ dictionē uocatus: nec ullo unquā crimine cōuictus: ad ultimū tātū fiduciæ ī ſua īnocētia repoſuit: ut ab his ī queſtionē publicā deductus T. Gracchū a quo ī adminiſtrationē reip. ad multū odiū diſſidebat: iudicē depoſceret. Qua quidem animi præſtātia ptinaciā eorum inſectandi ſe inhibuit.

De. M. Scauro.

e Adem. M. Scauri fortuna æque ſenectus lōga ac robuſta idē animus. qui quū pro roſtris accuſaret: quod a rege Mitridate ob remp. prodēdam pecuniā accepiſſet: cauſā ſuā ita egit. Eſt eni Quirites iniquū quū īter alios uixerim: apud alios me rationem uitæ reddere. Sed tamē audebo uos: quorꝝ maior pars honoribus & actis meisītereſſe nō potuit: interrogare. Varius Seuerus Veronenſis Aemiliū Scaurꝝ regia mercæde corruptū īperium populi Ro. ꝓdediſſe ait. M. Aemilius Scaurus huic ſe affinē eſſe culpæ negat. utri crēditis? cuius dicti admiratione populus cōmotus Varium ab illa demētiſſima actione ptinaci clamore depulit.

De. M. Antonio.

c Ontra. M Antonius ille diſertus nō enim reſpuēdo: ſed amplectēdo cauſæ dictionē: quā īnocēs eſſet: teſtatus ē: quæſtor proficiſcens ī Aſiam Brunduſium iam puenerat: ubi litteris certior ī ceſti ſe poſtulatum apud. L. Caſſium prætorē: cuius tribunal ꝓpter nimiam ſeueritatē ſcopulꝰ reorum dicebatᷣ. quum id uitare beneficio legis Memiæ liceret: quæ eorum qui reip. cauſa abeſſēt: recipi nomina uetabat: ī urbem tamen recurrit: quo tam pleno fiduciæ bonæ conſilio: tum abſolutionem celerem tum profectionem honeſtiorē conſecutus eſt.

De ſenatu Romano.

ſ Vnt & illa ſpecioſæ fiduciæ publica exēpla: nā quū eo bello quod aduerſus Pyrrhum gerebatur: Carthaginēſes. c. ac. xxx. nauiū claſſem in præſidiū romanis hoſtium ultro miſiſſent: ſenatui placuit: legatos eorum ad ducē ire: q dicerēt populū ro. bella ſuſcipe



2009 Ministerio de Cultura

ſolere: quæ ſuo milite gerere poſſet: ꝓinde claſſē Carthaginē redu/
cerent. De eodem.

i Dem poſt aliquot annos cannēſi clade exhauſtis romani īpe
rii uiribus: ſupplemētum exercitus ī Hiſpaniā mitteꝛ auſus:
fecit ne hoſtiliū locus caſtroꝝ: tū maxime capenā portā armis Han
nibale pulſante minoris ueniret: quā ſi illū pœni nō obtinerēt. ita ſe
gerere ī aduerſis rebus: qd aliud eſt quā ſæuientē fortunā in adiuto
rium ſui pudore uictam conuertere. De Accio poeta.

m Agno ſpacio diuiſus ē a ſenatu ad poetā Accium tranſitus.
Cæterum ut ab eo decētius ad externa tranſeamus ꝓducaꝛ
in mediū. Is Iulio Cæſari āpliſſimo & florentiſſimo uiro in collegiū
poetaꝝ uenıētı nunquā aſſurrexit: nō maieſtatis eius īmemor: ſed
quod in cōparatione cōmuniū ſtudioꝝ aliquāto ſupiorē ſe eſſe cōſi
deret: quapropter īſolentiæ crimīe caruit: qa ibi uoluminū non ima
ginū certamina exercebanꝛ. Externa de Euripide philoſopho.

n E Euripides quidem Athenis arrogans uiſus eſt: cū poſtulā/
te populo ut ex tragœdia quandā ſentētiā tolleret: ꝓgreſſus
in ſcænam dixit: ſe ut eū doceret: nō ut ab eo diſceret fabulas compo
nere ſolere. laudanda ꝓfecto fiducia ē: quæ æſtimationē ſui certo pō
dere examinat: tantum ſibi arrogans quātum a contēptu & īſolētia
diſtare ſatis eſt. De eodem Euripide.

i Ta etiam quod Alceſtidi tragico poetæ reſpōdit ꝓbabile. apđ
quem quū quereret: quod eo triduo non ultra tres uerſus ma
ximo impenſo labore deducere potuiſſet: atq; is ſe centum ꝑfacile
ſcripſiſſe gloriareꝛ: ſed hoc inquit intereſt: quod tui in triduum tan/
tummodo: mei uero in omne tempus ſufficient: alterius .n. fæcundi
curſus ſcripta intra primas memoriæ metas corruerūt: alterius cun/
ctante ſtilo elucubratum opus ꝑ omne æui tempus plenis gloriæ ue
lis feretur. De Antigenida.

a Diiciā ſcænæ eiuſdem exēplum: Antigenidas tibicen diſci/
pulo ſuo magni profectus: ſed parum feliciter populo ſe ap
probanti cūctis audiētibꝫ dixit: mihi cane & muſis: qa uidelicet ꝑfec
ta ars fortūæ lenocinio defecta iuſta fiducia nō exuiꝛ. Quanq̄ ſcit ſe
laudem meritā: eam & ſi ab aliis nō impetrat: domeſtico tamē accep
tam iudicio refert. De Zeuſi pictore.

z Euſis autem quū Helenam pinxiſſet: quid de eo ope homīes

2009 Ministerio de Cultura

ſeſuri eēnt expectādū nō putauit: ſed ꝓtius hos uerſus græcos adiecit
οὐ νέμεσις τρῶας τε καὶ ἐυκνήμιδας ἀχαιοὺς, τοίῃδ᾽ ἀμφὶ γυναικὶ
πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν αἰνῶς ἀθανάτῃσι
θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.
Haud turpe eſt troas fulgentiſque aere pelaſgos.
Coniuge pro tali diuturnos ferre dolores.
Aeternis facies nimis ē æquanda deabus.
adeo ne dextræ ſuæ multū pictor arrogauit: ut ea tātū forma cōpre/
henſū crederet: quātū aut læda cæleſti partu edere. aut Homerus di
uino īgenio exprimere potuit.

De Phidia pictore eximio.

P Hidias quoq; Homeri uerſibus egregio dicto alluſit. Simula
cro eni Iouis olympii perfecto: quo nullū præſtātius aut ad
mirabilius humanæ fabricatæ ſūt manus: īterrogatus ab amico: quo
nā mētē ſuā dirigēs uultū Iouis propemodū ex ipſo cælo petitū: ebo
ris liniamētis eſſet āplexus: illis ſe uerſibꝫ quaſi magr̄o uſū reſpōdit.
ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε κρονίων.
ἀμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο. μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον.
Atque ſuperciliis Saturnius annuit atris.
Ambroſiæ fluxere comæ de uertice regis.
Aeterni. aſt nutu magnum concuſſit olympum.

De Epaminunda.

N On patiūť me tenerioribus exēplis diutius īſiſtere fortiſſimi
duces: ſiqdē Epaminūdas quū ei ciues irati ſternēdarū ī op/
pido uiarꝫ cōtumeliæ cauſa curā mādarent erat enim illud miniſteri
um apud eos ſordidiſſimū: ſine ulla cunctatione id recepit: daturū
que ſe operā: ut breui ſpecioſiſſimū fieret aſſeuerauit: mirifica dein
de ꝓcuratione abiectiſſimū negotiū pro ampliſſimo ornamēto expe
tēdum Thebis reddidit.

De Hannibale.

H Anibal uero cū apud regē Pruſiā exularet: auctorq; ei cōmit
tēdi prælii eſſet: atq; is nō idē ſibi extis portēdi diceret: an tu
īquit uitulinæ carūculæ quā imperatori ueteri mauis credere? ſi uer
ba numeres breuiter: & abſciſe: ſi ſēſū æſtimes copioſe & ualēter. Hi
ſpanias enī direptas populo ro. & Galliarꝫ ac Liguriæ uires ī ſuā reda
ctas poteſtatē: & nouo trāſitu alpiū iuga patefacta: & trāſimenū la/
cū dira iuſtum memoria: & cānas punicæ uictoriæ clariſſimū monu/



2009 Ministerio de Cultura

mētū:& Capuā poſſeſſā:& Italiā laceratā āte pedes hominis effudit:
iecori uniuſq; hoſtiæ iocinori lōgo experimēto teſtatā gloriā ſuā poſtponi
æquo animo non tulit:& ſane quod ad exploranda bellica ſacrificia
æſtimandoſq; militaris ductus attinebat:oēs foculos:omnes aras Bi-
thyniæ Marte ipſo iudice pectus Hannibalis prægrauaſſet.

De Codro.

c Apax generoſi ſpiritus illud quoq; dictum regis Codri ut.n.
ab athenienſibus ciuitatē ſibi datam cognouit: & ego inquit
illis meæ gentis ius dabo.æquauit Athenis Thraciam:ne uiciſſitudi
ne talis beneficii imparem ſe iudicando humilius de origine ſua ſen
tire exiſtimaretur.

De utroq; Spartano.

n Obiliter etiam uterq; Spartanus: & qui increpitus a quodā
quod in acie claudus deſcenderet: pugnare nō fugere ꝓpo-
ſitū ſibi eſſe reſpondit:& qui referēte quodam ſagittis perſaꝝ ſolem
obſcurari ſolere:bene narras iquit.i umbra.n.melius præliabimur.

De alio Spartano.

u Ir eiuſdem urbis atq; animi hoſpiti ſuo patriæ muros excel-
ſos latoſq; oſtendēti dixit.Si mulieribus iſtos cōparaſtis rec
te:ſi uiris turpiter.

De Conſtantia. Capitulum Octauum.

a Ptum & animoſum bonæ fiduciæ pectus emēſo quaſi
debitum opusupereſt cōſtantiæ repræſentare naturā.
Natura.n.ſit comparatum eſt: ut quiſquis ſe aliquid
ordine ac recta mente complexum cōfidit.uel iā geſtū:
ſi obtrectet̃:acriter tueat̃:uel nōdum editum ſi interpellet̃:ſine ulla
cunctatione ad effectum perducat.

De Fuluio.

ſ Ed dum exemplar ꝓpoſitæ rei ꝓſequor mihi circunſpicienti
ante omnia Fuluii Flacci conſtantia offertur. Capuā fallacib⁹
Hannibalis ꝓmiſſis Italiæ regnum nefarria defectione paciſci pſua-
ſam armis occupauerat:tandem culpæ hoſtiū tam iuſtus æſtimator
quam ſpecioſus uictor capuanum ſenatū impii decreti auctorē fun
ditus delere conſtituit.Itaq; cathenis onuſtum i duas cuſtodias the
anam calenamq; diuiſit conſilium executurus cū ea peregiſſet: quo
rum adminiſtrādorū celerior eſſe neceſſitas uideba t̃ rumore deinde
de ſenatus mitiore ſentētia orto ne debitam pœnam ſcelerati effuge-

2009 Ministerio de Cultura

3

rent: nocte admiſſo equo theanam contendit. interfectiſq; qui ibi aſ ſeruabantur: eueſtigio calenam tranſgreſſus perſeuerantiæ ſuæ opus executurus etiam de ligatis. ad palum hoſtibus litteras a. P. C. ne qc quam capuanis ſalutares accepit: In ſiniſtra eni eas manu ſicut erāt traditæ repoſuit: ac iuſſo lictore lege agere: tunc demū aperuit poſt quā illis obtēperari nō poterat. Qua cōſtantia uictoriæ quoq; gloriā antecellit: quia ſi eū ītra ſeipſū partita laude æſtimes maiorē: punita Capua quā capta reperies.

De. Q. Fabio Maximo.

a Tque iſta quidē ſeueritatis: illa uero pietatis cōſtātia admira bilis: quā. Q. Fabius Maximus īfatigabilē patriæ præſtitit: pecuniā ꝑ captiuis Hannibali nūerauit: fraudatus ea publice tacuit.

d Ictatori ei magiſtrum equitum minutium iure imperii ſena tus æquauerat: ſilentium egit: cōpluribus præterea iniuriis laceſſitus in eodē animi habitu ꝑmāſit: nec unquā ſibi reip. ꝑmiſit iraſci: tā ꝑſeuerās ī amore ciuiū fuit.

De eodem. Q. Fabio.

q Vid ī bello gerendo: nō ne par eius conſtantia. īperiū ro. can nēſi prælio pœne deſtructū uix ſufficere ad exercitus cōparā dos uidebať. Itaq; fruſtrari & eludere pœnorū īpetus quā manū cū iis tota acie cōſerere: melius ratus pluribus cōminationibus Hanni balis irritatus: ſæpe etiam ſpe bene gerende rei oblata nunq̄ a conſi lii ſalubritate ne parui quidem certaminis diſcrimine receſſit: quod que eſt difficillimū ubique ita ac ſpe ſuperior apparuit: ergo ut Sci pio pugnando: ita hic non dimicando maxime ciuitati noſtræ ſuc curriſſe uiſus eſt: alter enim celeritate ſua Carthaginem oppreſſit: alter cunctatione id egit: ne Roma opprimi poſſet.

vide legendū ſit, ita.

De. C. Piſone & . M. Palicano.

c Aium etiam Piſonem mirifice & conſtanter turbulento reip. ſtatu egiſſe conſulem narratione in ſequenti patebit. M. Pa licani ſeditioſiſſimi hominis peſtiferis blanditiis præreptꝰ populi fa uor conſularibus comitiis ſummum dedecus admittere conabatur: ampliſſimum ei deferre imperium cupiens: cuius teterrimis actis ex quiſitum potius ſupplicium quā ullus honos debebatur: nec deerat conſternatæ multitudini furialis fax tribunitia quæ temeritatē eius & ruentē comitareť: & languentē actionibus ſuis īflamaret: ī hoc mi ſerādo pariter atq; erubeſcendo ſtatu ciuitatis: tantum nō manibus

2009 Ministerio de Cultura

tribunoꝝ ꝓ roſtris Piſo collocatus: quũ hinc atq; illinc eũ ãbiſſent: ac Palicanũ ſuffragiis populi cõſulẽ creatum: an renũciaturus eſſet: interrogaret: primo reſpõdit nõ exiſtimare ſe tantis tenebris offuſã eſſe remp. ut huc indignitatis ueniret: deinde cũ perſeueranter iſtarent: ac dicerent: age ſi uentum fuerit: nõ renũciabo inquit: quo qdẽ tam abſciſſo reſponſo cõſulatum Palicano: priuſq̃ illũ adipiſceret: eripuit: multa & terribilia Piſo contẽpſit: dum ſpecioſum mẽtis ſuæ flecti non uult rigorem. De Metello.

m Etellus autẽ numidicus ꝓpter cõſimile perſeuerãtiæ genus excepit quoq; indignã maieſtate ac moribus ſuis ꝓcellam: quũ. n. animaduerteret quo tenderẽt Saturnini tribuni plebis funeſti conatus quãtoq; malo reip. ſi nõ his occurreret: erupturi eſſẽt: in exiliũ quã in legẽ eius ire maluit. poteſt aliqs hoc uiro dici cõſtãtior qui ne ſentẽtia ſua pelleret: patria in qua ſummũ dignitatis gradum obtinebat: carere ſuſtinuit. De. Q. Scæuola.

c Aeteꝝ ut neminem ei prætulerim ita. Q. Scæuolã Augurẽ merito cõparauerim: depulſis proſtratiſq; inimicoꝝ partibꝫ: Scylla occupata urbe ſenatum armatus coegerat: ac ſũma cupiditate ferebat: ut. C. Marius quã celerrime hoſtis iudicaret: cuius uoluntati nullis obuiam ire audentibus: ſolus Scæuola interrogatus de hac re ſentẽtiam dicere noluit: quinetiã truculẽtius ſibi minitãti Scyllæ: licet inquit mihi agmina militũ quibus curiam circũſediſti oſtentes: licet: mortẽ idẽtidem miniteris: nunquam tamen efficies: ut propter exiguum ſenileq; ſanguinem meum: Marium a quo urbs & Italia cõſeruata eſt: hoſtem iudicem. De Sempronia.

q Vid fœminæ cũ concione: ſi patrius mos ſeruet: nihil: ſed ubi domeſtica qes ſeditionũ agitata fluctibꝫ ẽ: priſcæ conſuetudinis auctoritas cõuellit: pluſq; ualet quod uiolentia cogit: quã qđ ſuadet: & præcipit uerecũdia: itaq; te Sempronia Tiberii &. C. Gracchoꝝ ſoror. uxor Scipionis Aemiliani nõ abſurde grauiſſimis uiroꝝ opibus ĩferẽs maligna relatione cõprehendã. Sed qa a tr. pl. ꝓducta ad populũ ĩ maxia cõfuſiõe nihil a tuoꝝ ãplitudĩe degeneraſti: honorata memoria ꝓſequar: coacta es eo loci cõſiſtere: ubi pricipũ ciuitatis pturbari frõs ſolebat: ĩſtabat tibi toruo uultu minas ꝓfũdẽs ãpliſſima poteſtas cũ clamore ĩperitæ multitudĩs obſtreperet: totũ foꝝ & acerrimo ſtudio nitebat: ut Eqtio cui Sẽproniæ gẽtis falſũ ius q̃rebat

2009 Ministerio de Cultura

tanquam filio Tiberii fratris tui oſculum dares: tu tamen illum neſcio quibus tenebris protractũ portẽtũ execrabili audacia ad uſurpandam alienam propinquitatem tendentem repuliſti.

De Centurionibus.

n On idignabunt̃ lumina noſtræ urbis ſi ĩter eorũ eximiũ fulgorẽ Centurionũ quoq; uirtutis ſpectãdã ſe obtulerit: nã ut humilitas amplitudinẽ uenerari debet: ita nobilitate fouẽda magiſq̃ ſpernẽda bonæ indolis nouitas ẽ. Virtus

De alio Centurione.

a N abigi debet pontius ab horum exemploꝝ cõtextu: qui pro Cæſaris partibus excubãs Scipionis præſidio ĩtercepus: cum uno modo ſalus ei daret̃ ſi ſe futurũ. Cn. Pompeii generi ipſius militẽ affirmaſſet: ita reſpõdere nõ dubitauit. Tibi quidẽ Scipio gratias ago: ſed mihi uti iſta cõdicione uitæ nõ eſt opus. ſine ullis imaginibus nobilem animum:

De Centurione.

I Dem cõſtantiæ propoſitũ ſecutus. C. Meuius Cẽturio diui Auguſti cum Antoniano bello ſæpenumero excellẽtes pugnas ediſſet: ĩprouiſis hoſtiũ ĩſidiis circunuẽtus & ad Antonium Alexãdriam ꝑductus: ĩterrogatuſq; quidnã de eo ſtatui deberet: iugulari me ĩquit iube: qa nõ ſalutis beneficio nec mortis ſupplicio adduci poſſũ ut aut Cæſaris miles deſinã aut tuus eſſe incipiã. Cæteꝝ quo cõſtãtius uitã cõtempſit: eo facilius impetrauit: Antonius enim uirtuti eius incolumitatem tribuit.

Externa de Blaſio.

c Omplura huiuſce notæ romana exempla ſuperant: ſed ſatietas modo uitanda ẽ: itaq; ſtilum meum ad externa iam delabi permittã: quorum principatum teneat Blaſius: cuius cõſtantia nihil pertinacius: Selapiam enim patriã ſuã præſidio punico occupatã romanis cupiens reſtituere Daſium acerrimo ſtudio ſecũ ĩ admiſtratione reip. diſſidentẽ & alioquin toto animo Hannibalis amiciciæ uacantem: ſine quo propoſitum conſilium peragi non poterat: ad idem aggrediendum opus maiore cupiditate quã ſpe certiore tẽptare auſus eſt: qui protinus ſermonem eius adiectis quæ & ipſum commẽdatiorem & inimicum ĩuiſiorem factura uidebantur: Hannibali rettulit a quo adeſſe iuſſi ſunt: ut alter crimẽ probaret: alter defẽderet. Cæterum quum res pro tribunali gereretur & illi quæſtioni omniũ oculi eſſẽt intenti: dum aliud forte citerioris curæ negotium tractat̃. Blaſius uultu diſſimulante ac uoce ſummiſſa monere Daſiũ cœpit: Daſius

ut romanoꝝ potius quã carthaginẽſium partes foueret : enim uero tunc ille ꝓclamat: ſe in cõſpectu ducis aduerſus eũ ſollicitari: quod quia incredibile exiſtimabatᷣ: & ad unius tantum aures penetrauerat: & iactabatᷣ ab inimico: ueritas fide caruit: ſed nõ ita poſt multo Blaſii mira cõſtantia Daſium ad ſe traxit. Marcelloq; & Selapiam & quingentos milites numidas qui in ea cuſtodiæ cauſa erãt: tradidit.

De Phocione.

PHocion uero quũ athenienſes rem aliter qua ipſe ſuaſerat: ꝓſpere adminiſtraſſent: adeo ꝑſeuerans cõſtantiæ ſuæ ꝓpugnator extitit: ut in cõcione lætari qdem ſe ſucceſſu eoꝝ: ſed cõſiliũ tamẽ ſuũ aliquãto melius fuiſſe diceret. nõ. n. damnauit: quod recte uiderat: quia quod alius male cõſuluerat: bene geſſerat: felicius illud exiſtimans hoc ſapiẽtius: plærũq;. n. temeritatẽ caſus iuuat: ubi prauo cõſilio ꝓpius aſpirat: & quo uæhemẽtius noceat: deſperatius ꝓdeſt. placidi & miſericordes & liberales omniq; ſuauitate tẽperati mores Phocionis: quos optime ꝑfecto cõſenſus omniũ bonitatis cognomine decorandos cẽſuit. Itaq; cõſtantia quæ natura rigidior uidetur: lenis eius manſueto pectore fluxit.

De Socrate.

SOcratis autẽ uirilitatis robore palliatus animus aliquãto præſtantius ꝑſeuerãtiæ exẽplum edidit: uniuerſa ciuitas atheniẽſium iniquiſſimo & truculentiſſimo errore inſtructa de capite decẽ prætoꝝ: q apud Arginuſas lacedæmoniã claſſem deleuerãt: triſtẽ ſententiã tulerat: forte tunc eius poteſtatis Socrates: cuius arbitrio plebiſcita ordinarentᷣ indignũ iudicans tot & tam benemeritos & indigna cauſa ĩpetu ĩuidiæ arripi: temeritati multitudinis cõſtantiã ſuã obiecit: maximoq; cõcionis fragore & incitatiſſimis minis cõpulſus nõ ẽ: ut ſe publicæ dementiæ auctorem aſcriberet: quæ oppoſitũ eius legitima graſſari uia ꝓhibita iniuſto prætoꝝ cruore manus ſuas cõtaminare ꝑſeuerauit nec timuit Socrates: ne conſternatæ patriæ undecimus furor mors ipſius exiſteret.

De Ephilate.

PRoximum & ſi nõ eiuſdem ſplendoris eſt: tamen certum cõſtantiæ haberi poteſt experimentum operæ forenſis fidei nõ latentis. Athenis Ephilates accuſare publice iuſſus & inter cæteros demonſtrati nomen deferre coactus eſt: cuius filius erat Demochares excellẽtis formæ puer animo eius flagrãtiſſimo inhærẽs amore. Itaq; cõmunis officii ſorte truculentus accuſator: priuati affectus cõdiciõe

2009 Ministerio de Cultura

miſerabilis reus puerū ad ſe exorandū: quo partius patris criminib⁊ inſiſteret uenientē neq; repellere neq; ſupplicē genibus ſuis aduolutum ītueri ſuſtinuit. Sed operto capite flens & gemēs preces ex ꝓmere paſſus ē. Nihilominuſq; ſincæra fide accuſatū demonſtratum dānauit: uictoriā neſcio laude an tormēto maiore partā: quoniā priuſquā ſontē opprimeret: ſeipſū uicit Ephiſates.

De Syracuſano.

q Vem Syracuſanus diuerſitate exēpli prægrauat: qui qbuſdā monētibus: ut aduerſus Eracliden & Calippon: quoꝝ fidei plurimū credebat: tāquā īſidias ei nectētes cautior eſſet: reſpondit: ſe uita male excedere: quam ī metu uiolentiæ mortis amicos inimicis iuxta ponere. Quod ſequitur & rei ipſius admiratione & claritate auctoris illuſtre.

De Alexandro magno.

a Lexander macedonū rex indyta iam pugna excellentiſſimis opibus Darii cōtuſis æſtu & itineris feruore ī cicilia percalefactus cydno qui aquæ liquore cōſpicuus tharſum īterfluit: corpus ſuum īmerſit: ſubito deinde ex nimio hauſtu rigoris obſtupefactis neruis: ac torpore hebetatis artubus maxima cū exanimatione totius exercitus: ī oppidum caſtris propiquum deferť: iacebat æger tharſi: īq; ualitudine eius aduerſa īſtantis uictoriæ ſpes fluctuabat. Itaq; cōuocati medici attentiſſimo cōſilio ſalutis remedia circunſpiciebāt: qui quū ad unā potionē ſentētiā direxiſſent: atq; eā Philippus medicus ſuis manibus tēperatā Alexandro: erat autē ipſius amicus & comes porrexiſſet: a Parmenione miſſæ litteræ ſuperuenerunt admonētes: ut rex īſidias Philippi ꝑide ac pecunia corrupti a Dario caueret: quas cū legiſſet ſine ulla cunctatione medicamētū hauſit: ac tūc legendas Philippo tradidit: ꝓ quo tā cōſtāti erga amicū iudicio digniſſimā a diis īmortalib⁊ mercædē recepit: q̄ icolumitatis eius præſidiū falſo īterpellari indicio noluerunt.

## Liber Quartus de animi moderatione.

t Ranſgrediar ad ſaluberimā partē animi moderationē: quæ mētes noſtras īpotētiæ & temeritatis īcurſu tranſuerſas ferri nō patiť: quo euenit: ut reprehēſiōis morſu ſit uacua: & laudis quæſtu ſit opulētiſſima: itaq; effectus ſuos in claris uiris recognoſcat.

De. P. Valerio publicola.

a Tque ut ab incunabulis ſummi honoris incipiā. P. Valerius qui populi maieſtatē uenerando publicolæ nomē aſſecutus

2009 Ministerio de Cultura

eſt. cum exactis regibus imperii eorum uim uniuerſam omniaq; inſignia ſub titulo cõſulatus in ſe trãſlata cerneret: inuidioſũ magiſtratus faſtigium moderatione ſua ad tolerabilem habitum deduxit: faſces ſecuribus uacuefaciendo: & in cõcione populo ſummittendo: numerum quoq; eorum dimidia ex parte minuit ultro Spurio Lucretio collega aſſumpto: ad quem quia maior natu erat: priores faſces transferri iuſſit: legem etiam comitiis centuriatis tulit: ne quis magiſtratus ciuem romanum aduerſus prouocationem uerberare: aut necare uellet. Ita quo ciuitatis condicio liberior eſſet: imperium ſuũ paulatim deſtruxit. Quid quod ædes ſuas diruit: quia excelſiore loco poſitæ inſtar arcis habere uidebantur: nõne quantum domo inferior: tantũ gloria ſuperior euaſit?

## De Furio Camillo.

u Ix iuuat abire a Publicola: ſed uenire ad Furium Camillum libet: cuius tam moderatus ex magna ignominia ad ſummũ imperiũ tranſitus fuit: ut quũ præſidium eius ciues capta urbe a gallis Ardeæ exulantis petiiſſent: nõ prius ueios ad accipiendum exercitum iret: quã de dictatura ſua omni ſollemni iure acta comperiſſet. Magnificus Camilli ueientanus triumphus: egregia gallica uictoria: ſed iſta cũctatio longe admirabilior. Multo. n. multoq; ſeipſum quã hoſtem ſuperare operoſius eſt: nec aduerſa propera feſtinatiõe fugiẽtem: nec ſecũda effuſo gaudio apprehendentẽ.

## De. M. Rutilio Cenſorino.

p Ar Furio moderatione Marcus Rutilius Cenſorinus: Iterũ enim cẽſor creatus ad cõcionem populum uocatum quã potuit grauiſſima oratione corripuit: quod eã poteſtatem bis ſibi detuliſſet: cuius maiores: quia nimis magnã uideretur: tẽpus coartandum iudicaſſent: uterq; recte: & Cenſorinus: & populus: alter ut moderate honores crederẽt: præcepit: alter ſe moderato credidit.

## De. L. Quintio.

a Ge. L. Quintius cincinatus qualẽ conſulem geſſit: cum honorem eius. P. C. cõtinuare uellent: nõ ſolum propter illius egregia opa: ſed etiam quod populus eoſdẽ tribunos in proximum annũ creare conabatur: quorũ neutrũ iure poterat fieri: utrũq; diſcuſſit: ſenatus ſtudium ſimul inhibendo & tribunos uerecũdiæ ſuæ exẽplũ ſequi cogẽdo: atq; unus cauſa fuit: ut ampliſſimus ordo populuſq; tutus eſſet ab iniuſti facti reprehenſione.

2009 Ministerio de Cultura

De Fabio Maximo.

f Abius uero maximus cũ a ſe quinquies:& a patre:auo:pauo maioribuſq; ſuis ſæpenumero cõſulatum geſtũ animaduerteret:ĩ comitiis quibus filius ſuus ſũmo cõſenſu conſul creabaẽ: quã potuit cõſtanter cũ populo egit:ut aliquando uacationẽ huius honoris fabiæ genti daret:nõ quod uirtutibus filii diffideret:erat enim illuſtris:ſed ne maximũ imperiũ ĩ una familia cõtinuareẽ. Quid hac moderatione efficacius:aut ualentius:quæ etiã patrios affectus:qui potẽtiſſimi habẽtur:ſuperauit.

De Africano ſuperiore.

n On defuit maioribus grata mẽs ad præmia ſupiori Africano exoluenda. Siquidẽ maxima eius merita paribus ornamẽtis decorare conati ſũt:uoluerũt illi ſtatuas ĩ comitio:ĩ roſtris:ĩ curia:ĩ ipſa deniq; Iouis optimi maximiq; cella ponere:uoluerunt imaginẽ eius triũphali ornatu ĩdutã capitolinis puluinaribus applicare:uoluerunt enĩ cõtinuũ p omnes uitæ annos cõſulatũ:ppetuãq; dictaturã tribuere:quoꝝ ſibi nil neq; plebiſcito dari:neque ſenatuſcõſulto decerni patiendo pœne tãtum ĩ recuſandis honoribus ſe geſſit:quantũ egerat in merendis.

De eodem Africano.

e Odem robore mentis cauſam Annibalis in ſenatu protexit: quum eum ciues ſui miſſis legatis tanquã ſeditiones apud eos mouentem accuſarent:adiecit quoque non oportere patres. C. ſe reip. carthaginenſium interponere:altiſſimaque moderatione alterius ſaluti conſuluit:alterius dignitati:uictoria tenus utriuſq; hoſtem egiſſe contentus.

De. M. Marcello.

a T. M. Marcellus qui primus Annibalẽ uinci:& Syracuſas capi poſſe docuit : quum ĩ cõſulatum eius ſiculi de eo queſtum ĩ urbem ueniſſent:nec ſenatũ ulla de re habuit:quia collega Valerius Leuinius forte aberat:ne ob id ſiculi ĩ querendo timidiores eſſẽt: & ut is rediit ultro de his admittẽdis rettulit:querenteſq; de ſe patienter ſuſtinuit iuſſos etiã a Leuinio diſcedere:remanere:ut ſuæ defẽſioni intereſſent:coegit:hac deinde utraque parte perorata etiam excedentes curia ſubſecutus ẽ:quo liberius ſenatus ſententiã ferret. ĩ-p batis quoq; eoꝝ querelis ſupplices & orãtes ut ab eo ĩ clientelam reciperentur:clæmẽter excepit:ſuper hæc Siciliam ſortitus eã prouinciam collegæ ceſſit. Totiẽs laudatio Marcelli uariari nõ poteſt:quotiẽs nouis ipſe gradibus moderatione aduerſus ſocios uſus eſt.

2009 Ministerio de Cultura

De. T. Graccho tribuno plebis.

q Vam etiã Tiberius Gracchus admirabilẽ ſe exhibuit. Tribu
nus.n.plebis quũ exprofeſſo inimicicias cũ Africano & Aſia
tico Scipionibus gereret: & Aſiaticus iudicatæ pecuniæ ſatiſdare nõ
poſſet: atq; ideo a cõſule in uincula publica duci iuſſus eſſet: appellaſ
ſetq; collegium tribunorum: nullo uolẽte intercedere: ſeceſſit a collegiis
decretũq; cõpoſuit: nec quiſquam dubitauit quin eo ſcribendo: irati
hoſtis aduerſus Aſiaticum uerbis uſurus eſſet. At is iurauit primum
cum Scipionibus ſe in gratiam non rediſſe: deinde tale decretũ reci
tauit. Quum. L. Cornelius Scipio die triumphi ſui ãte currũ ſubac
tos hoſtium duces ĩ carcerem coniecerit: indignũ & alienũ a maie
ſtate. P. R. uideri eundem ipſum duci. Itaq; id non paſſurum fieri li
benter: tunc opinionem ſuam. P. R. a Graccho deceptam cognouit:
moderationemq; eius debita laude pſecutus eſt.

De. C. Claudio Nerone.

c Aius quoq; Claudius Nero inter cætera præcipue moderatio
nis exẽpla numerandus eſt. Liuii Salinatoris in Aſdrubale op
primendo particeps gloriæ fuerat: & tamen eum triumphantẽ equo
ſequi: quã triumpho quem ei ſenatus æque decreuerat: uti maluit:
quia res in puincia Salinatoris geſta fuerat: ſine curru ergo triũpha
uit. Eo quidem clarius quo illius uictoria tantũmodo laudabat: hu
ius etiam moderatio.

De Africano poſteriore.

n Ec Africanus quidem poſterior nos de ſe patit tacere: qui cẽ
ſor quũ luſtrum conderet: inq; ſolito ſacrificio ſcriba ex pub
licis tabulis ſollẽni ei precationis carmine præiret: quo dii ĩmortales
ut populi. Ro. res meliores amplioreſq; facerent: rogabant. Satis ĩqt
bonæ ac magnæ ſunt. Itaq; precor: ut eas ppetuo incolumes ſeruẽt:
ac ptinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emẽdari iuſ
ſit. Qua uotorum uerecundia deinceps cẽſores in condendis luſtris uſi
ſũt. Prudenter.n.ſenſit tunc incrementum Romano imperio peten
dum fuiſſe: quũ inter ſeptimum lapidem triumphi quærebant. ma
iorem autem totius terrarum orbis partem poſſidenti: ut auidum eſſet:
quicquam ultra appetere. Ita abunde felix ſi nihil ex eo quod obti
nebat: amitteret. Neque alia eius in cenſura moderatio p tribunali
apparuit: Centurias recognoſcens equitum poſtquã. C. Licinium ſa
cerdotem citatum pceſſiſſe animaduertit: dixit illum ſe ſcire uerbis

2009 Ministerio de Cultura

conceptis peieraſſe:proinde ſiquis eũ accuſare uellet:uſurum testimonio ſuo:ſed nullo ad id negotiũ accedẽte. Traduc equum inquit ſacerdos:ac lucrifac cẽſoriã notã:ne ego ĩ tua pſona & accuſatoris & teſtis & cẽſoris & iudicis partes egiſſe uidear. De. Q. Scæuola.

q Vod animi tẽperamtũ etiã ĩ Quinto Scæuola excellẽtiſſimo uiro adnotatũ ẽ:teſtis nãq; in reum productus quum id reſpondiſſet:quod ſalutem periclitãtis magnopere læſurũ uidebatur: diſcedẽs adiecit:ita ſibi credi oportere:ſi & alii idẽ aſſeueraſſẽt: quoniã unius teſtimonio aliquẽ credere peſſimi eſſet exempli:& religioni igitur ſue debitam fidem:& communi utilitati ſalubre conſilium reddidit. De Metello macedonico.

ſ Entio quos ciues:quæ ue facta eorum:ac dicta quã anguſto ambitu orationis amplectar:ſed quũ magna mihi & multa breuiter dicẽda ſint:claritate excellentibus uiris ſermo ĩfinitis pſonis rebuſq; circunfuſis utrũq; præſtare nõ poſſũ. Itaque propoſiti quoq; noſtri ratio nõ laudanda ſibi omnia ſed recordãda ſibi ſumpſit. Quapropter bona cũ uenia duo Metelli Macedonicus & Numidicus maxima patriæ ornamẽta ſtricti ſe narrari patient. Acerrime cũ Scipione Africano Macedonicus diſſenſerat:eorumq; ab æmulatione uirtutis profecta cõtentio:ad graues teſtataſq; inimicicias progreſſa fuerat. Sed tamẽ quum ĩteremptũ Scipionẽ conclamari audiſſet:ĩ publicum ſe proripuit. mœſtoq; uultu & uoce cõfuſa. Concurrite cõcurrite ĩquit ciues: mœnia noſtræ urbis euerſa ſũt. Scipioni enĩ Africano ĩtra ſua mœnia quieſcenti nefarria uis allata ẽ. O rẽp. pariter Africani morte miſerã:& Macedonici tã humana tãq; ciuili lamentatiõe felicem. Eodẽ enim tẽpore & quãtũ amiſiſſet principem:& qualem haberet recognouit. De eodem.

i Dem filios ſuos monuit:ut funebri eius lecto humeros ſubiicerent:atq; huic exequiarum illum honorem uocis adiecit: non fore ut poſtea id officium ab illis maiori uiro præſtari poſſet. ubi illa tot ĩ curia iurgia? ubi tã multæ p roſtris altercationes? ubi maximorum ciuiũ & ducũ tãtorum togata prælia? omnia nimirũ iſta præcipua ueneratione pſequẽda deleuit moderatio.

De Metello Numidico.

n Vmidicus autem Metellus populari factione patria pulſus ĩ Aſiam ſeceſſit:in qua quum ei forte ludos tralibus ſpectanti



2009 Ministerio de Cultura

litteræ redditæ eſſent: quibus ſcriptum erat: maximo ſenatus & po/
puli conſenſu reditum illi in urbem datum: nõ e theatro prius abiit
quam ſpectaculum ederet̃: non lætitiam ſuam ꝓxime ſedẽtibus ul/
la ex parte patefecit: ſed ſũmum gaudiũ intra ſe cõtinuit. Eundem
cõſtat pari uultu & exulem fuiſſe & reſtitutũ: adeo moderatiõis be
neficio medius ſemꝑ inter ſecundas & aduerſas res animi firmitate
uerſatus eſt. De Catone poſteriore.

t Ot familiis in uno genere laudis enumeratis: Portium nomẽ
uelut expers huiuſce gloriæ ſilentio prætereundum ſe negat:
poſterior Cato non paruo ſummæ moderationis fiſus indicio cypria
cam pecuniam maxima cum diligentia & ſanctitate in urbẽ depor
tauerat: cuius miniſterii gratia ſenatus relationem ĩterponi iubebat:
ut prætoris comitiis extra ordinem ratio eius haberet̃: ſed ipſe id fieri
paſſus non eſt: iniquum eſſe affirmans: quod nulli alii tribueretur:
ſibi decerni: ac ne ĩquit in pſona ſua nouaret̃ cãpeſtrẽ experiri teme/
ritatẽ quã curiæ beneficio uti ſatius eſſe duxit. De. M. Bibulo.

a D externa iam mihi exempla tranſire conãti. M. Bibulus uir
ampliſſimæ dignitatis & ſũmis honorib; functus manus inii/
cit: qui quum in Syria moraret̃ ꝓuincia duos egregiæ indolis filios
ſuos a gabinianis militibus ægypti occiſos cognouit. Quoꝝ interfec/
tores ad eum uinctos regina Cleopatra miſit. ut grauiſſimæ cladis ul
tionẽ arbitrio ſuo exigeret: at ille oblato beneficio quo nullum ma/
ius tribui lugenti potuerat: dolorem moderationi cedere coegit: car/
nificeſq; ſanguinis ſui intactos eueſtigio ad Cleopatram reduci iuſſit
dicendo: poteſtatẽ huius uindictæ nõ ſuam ſed ſenatus eſſe debere.

De Archyta Tarentino externa.

t Arentinus Archytas dum ſe pythagoræ præceptis metaponti
penitus immergit: magno labore longoq; tempore ſolidum
opus doctrinæ complexus: poſtq̃ in patriam reuertit̃: ac rura ſua re/
uiſere cœpit: animaduertit negligẽtia uillici corrupta & pdita. Intuẽſ
que male meritum: ſumpſiſſem inquit a te ſupplicium: niſi tibi ira/
tus eſſem: maluit. n. impunitum dimittere: quã ꝓpter iram grauius
iuſto punire. De Platone philoſopho.

n Imis liberalis Archytæ moderatio: temperatior Platonis: nã
cum aduerſus delictũ ſerui uehemẽtius exarſiſſet: ueritus ne
ipſe modũ uĩdictæ diſpicere nõ poſſet Speuſippo amico caſtigatiõis

2009 Ministerio de Cultura

arbitriũ mandauit. deforme ſibi futurum exiſtimãs ſi cõmiſiſſet: ut parem reprehẽſionẽ culpa ſerui & animaduerſio Platonis mereret.

De eodem Xenocrate.

q Vominus miror quod ĩ Xenocrate diſcipulo ſuo tã conſtãter moderatus fuit. audierat enim eũ multa de ſe impie locutũ: ſine ulla cunctatione criminationẽ reſpuit. iſtabat certo uultu iudex quærẽs cauſã cur ſibi fides nõ haberet: adiecit non eſſe credibile: ut quẽ tantopere amaret: ab eo inuicẽ non diligeretur. Poſtremo quum ad iuſiurandum inimicicias aſſerentis malignitas cõfugiſſet: ne de periurio eius diſputaretur: affirmauit nunquã Xenocratẽ illa dicturum fuiſſe: niſi ea dici ſibi expedire iudicaret: nõ ĩ corpore mortali: ſed in arce cæleſti equidẽ armatum animum eius uitæ ſtationem putes per egiſſe: humanorum uitiorum ĩcurſus a ſe inuicta pugna repellẽtem cunctoſq; uirtutis numeros altitudinis ſuæ ſinu clauſos cuſtodientẽ.

De Syracuſano.

n Equaquã Platoni litterarum comẽdatione par ſyracuſanus Dion: ſed quod ad præſtãdã moderationẽ attinuit: uehemẽtioris experimẽti: patria pulſus a Dionyſio tyranno Megarã petierat ubi cũ Theodorũ principẽ eius urbis domi cõuenire uellet: neq; admitteret: multũ diuq; ante fores retẽtus comiti ſuo patiẽter hoc ferẽdũ ẽ ait. forſitan. n. & nos quũ ĩ gradu dignitatis noſtræ eſſemus: aliquid tale fecimus: qua trãquillitate cõſilii ipſe ſibi condicionẽ exilii placidiorem reddidit.

De Thraſybulo.

t Hraſybulus etiã hoc loci apprehẽdẽdus ẽ: qui populũ Athenienſem. xxx. tyrãnorũ ſæuicia ſedes ſuas relinquere coactũ diſperſamq; & uagã uitam miſerabiliter exigentẽ: animis pariter atq; armis confirmatum in patriam reduxit. Inſignem deinde reſtitutione libertatis uictoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebis enim ſcitum interpoſuit: ne qua præteritarum rerum mẽtio fieret. hæc obliuio quam athenienſes. ἀμνηστίαν. uocãt. concuſſũ & labentem ciuitatis ſtatum in priſtinum habitum reuocauit.

De Staſippo Tegeate.

n On minoris admirationis illud Staſippus tegeates hortãtibus amicis ut grauẽ ĩ adminiſtratione reip. æmulum ſed alioqn probum & ornatum uirũ qualibet ratione tolleret: uel ſũmoueret: negauit ſe facturum: ne in quem tutellam patriæ bonus ciuis locum



2009 Ministerio de Cultura

obtineret: malus & improbus occuparet: ſeque potius uehementer aduerſario urgeri: quã patriam egregio aduocato carere præoptauit.

De Pittaco.

p Ittaci quoq; moderatione pectus inſtructum qui Alcæum poetam & amaritudine odii & uiribus ingenii aduerſus ſe ptinaciſſime uſum: tyrannidem a ciuibus delatam adeptus: tãtũmodo quid in opprimẽdo poſſet; admonuit.

De ſeptem ſapiẽtib;.

h Vius uiri mentio ſubiicit: ut de ſeptem ſapiẽtum moderatõe referam a piſcatoribus ĩ meleſia regione uerriculũ trahẽtib; quidam iactum emerat. extracta deinde magni ponderis aurea delphica menſa: orta cõtrouerſia eſt: illis piſcium ſe capturã uendidiſſe affirmantibus: hoc fortunæ ductus emiſſe dicente: qua contentione ꝓpter nouitatẽ rei & magnitudinem pecuniæ ad uniuerſum eius ciuitatis populum delata placuit Apollinẽ delphicum cõſuli: cui nam adiudicari menſa deberet: deus reſpondit illi eſſe dandã: qui ſapiẽtia cæteros præſtaret his uerbis græcis.

ἔκγονε μιλήτου τρίποδοσ πέρι φοίβον ἐρωτᾶσ.
ὄσ σοφίη πάντων πρῶτοσ. τούτω τρίποδ᾽ ἄνδωσ.
Phœbum de tripode rogitas Mileſia proles.
Huic tripodem addico: cuius ſapientia prima eſt.

tunc illi conſenſu Taleti menſam dederunt: ille ceſſit eã Bianti: Bias Pittaco: is ꝓtinus alii: deincepſq; p omniũ ſeptem ſapientum orbẽ: ad ultimũ ad Solonẽ ꝑuenit: qui & titulũ ampliſſimæ prudentiæ: & præmium ad ipſum Apollinẽ trãſtulit.

De Theopompo.

a Tque ut Theopõpo quoq; Spartanoꝝ regi moderatiõis teſtimoniũ reddamus: quũ primus inſtituiſſet ut Ephori lacedæmone crearent̃: ita futuri regiæ poteſtati oppoſiti: quemadmodum Romæ cõſulari imperio tr. pl. ſunt obiecti: atque illi uxor dixiſſet id egiſſe illum: ut filijs minorem poteſtatem relinquereret: relinquam inquit ſed diuturniorem. optime quidẽ. ea. n. demũ tuta ẽ potẽtia: quæ uiribus ſuis modum impoſuit. Igit̃ Theopompus legitimis regnũ uinculis cõſtringendo: quo longius a licentia retraxit: hoc ad beniuolentiam ciuiũ ꝓpius admouit.

De Antiocho.

a Ntiochus autem a. L. Scipione ultra Taurum mõtem impii finibus ſũmotus: cum Aſiam ꝓuinciam: uicinaſq; ei gentes amiſiſſet: gratias agere populo Ro. nõ diſſimulãter tulit: quod nimis

2009 Ministerio de Cultura

magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteref:& ſane nihil ē tam præclarū aut tam magnificū:quod nō moderatione tēpa ri deſyderet.

De his q ex inimicis iuncti ſūt amicicia & neceſſitudīe. Cap.ii.

q Væ quoniā multis & claris auctorib⁊ illuſtrata ē: trāſ gred iamur ad egregiū humani animi affectū:quē ab odio ad gratiā defluxū equidē cū læto ſtilo proſequa/ mur:nā ſicut placidū mare ex aſpero:cælūq; ex nubi/ lo ſerenū hilari aſpectu ſentit:ſic bellū pace mutatū plurimū gaudii affert.offenſarum etiam acerbitas depoſita candida relatione celebrā da eſt.

De.M.Aemilio Lepido.

m Arcus Aemilius Lepidus bis cōſul & pōtifex maximus ſplē dorique honorum par uitæ grauitate diutinas ac uehemen tes inimicicias.cum Fuluio Flacco eiuſdem amplitudinis uiro geſſit: quas ut ſimul cenſores renunciati ſunt:in cāpo depoſuit: exiſtimāſ nō oportere eos priuatis odiis diſſidere:qui publice ſumma iuncti eſ ſent poteſtate:id iudicium animi eius & preſens ætas comprobauit: & nobis ueteres annalium ſcriptores laudandum tradiderunt.

De Sexto Liuio ſalinatore.

ſ Exti Liuii quoque ſalinatoris finiendaꝝ ſimultatū illuſtre cō ſiliū ignotum poſteritati eſſe noluerūt. Is nanq; & ſi Neronis odio ardens i exilium ꝓfectus fuerat:teſtimonio eius præcipue aſfli/ ctus:tamē poſtquā eum ide reuocatum ciues collegā illi i cōſulatū dederunt:& igenii ſui quod erat acerrimū & iiuriæ: quā grauiſſimā acceperat:obliuiſci ſibi īperauit:ne ſi diſſidēte animo conſortionē i perii uſurpare uoluiſſet:ptinaciam exhibēdo inimicum malum cōſu lem ageret:quæ quidē mētis ad tranquilliorē habitum īclinatio i aſ/ pero ac difficili temporum articulo plurimum ſalutis urbi noſtræ at que Italiæ attulit:quia pari uirtutis impetu connixi:terribiles puni/ cas uires contuderunt.

De Africano & Tiberio.

c Larum etiā i Africano ſupiore ac Tiberio Graccho depoſitaꝝ inimiciciaꝝ exēplum:ſiqdem ad cuius mēſæ ſacra odio diſſi/ dentes uenerāt:ab ea & amicicia & affinitate iūcti diſceſſerūt,nō cō/ tētus.n.Scipio auctore ſenatu i capitolio,Iouis epulo cū Graccho cō cordiā cōmunicaſſe:filiam quoq; ei Corneliā protinus ſibi deſpōdit.

ſ Ed huiuſce generis humanitas etiam i.M.Cicerone præcipua



2009 Ministerio de Cultura

apparuit: Aulum nanq; Gabiniũ repetundarum reum ſũmo ſtudio defẽdit: qui eũ in cõſulatu ſuo urbe expulerat. De eodem.

i Demq;. P. Vatinium dignitati ſuæ ſemper infeſtum duobus publicis iudiciis tutatus eſt: ut ſine ullo crimine leuitatis: ita cũ aliqua laude: quia ſpecioſius aliquanto iniuriæ beneficiis uincũt: quã mutui odii ꝑtinacia penſant. De. P. Pulchro.

c Iceronis autem factum adeo uiſum eſt: ꝓbabile: ut imitari id ne inimiciſſimus quidem illi. P. Pulcher dubitauerit: qui ĩ ceſti crimine a tribus Lentulis accuſatus: unum ex his ambitus reũ patrocinio ſuo ꝓtexit: atq; in animum induxit & iudicem & prætorẽ & teſtem Veſtæ ædem intuens amicum Lentulo agere: Intus quam ille ſalutẽ eius fœdo crimine obruere cupiẽs hoſtili uoce porauerat.

De Caninio Gallo.

c Aninius autem Gallus reum pariter atq; accuſatorem admirabilem egit: &. C. Antonii quem damnauerat filiam ĩ matrimoniũ ducendo &. M. Colonium a quo dãnatus fuerat rerum ſuaꝝ ꝓcuratorem habendo. De Celio Ruffo.

c Elii uero Ruffi ut uita inquinata ita miſericordia: quã. Q. Pompeio præſtitit ꝓbanda: cui a ſe publica quæſtione ꝓſtrato: quũ mater Cornelia fidei cõmiſſa prædia nõ redderet: atq; ita auxilium ſuũ litteris implorasset: ꝑtinaciſſime abſenti affuit. Recitauit etiam eius epiſtolam in iudicio ultimæ neceſſitatis indicem: qua impiã Corneliæ auariciam ſubuertit: factum ꝓpter nimiã & eximiã humanitatem ne ſub Celio quidem auctore repudiandum.

De abſtinentia & continentia: Capitulum tercium

m Agna cura præcipuoq; ſtudio referendũ eſt: quantopere libidinis & auariciæ furori ſimiles impetus ab illuſtrium uiroꝝ pectoribus conſilio ac ratione ſummoti ſũt: quia ii demum penates: ea ciuitas: id regnum: æterno in gradu facile ſteterit: ubi minimũ uirium ueneris pecuniæq; cupido ſibi uendicauerit. Nam quo iſte generis humani certiſſimæ peſtes penetrauerunt in iniuria dominatur. ĩfamia flagrat. igiť cõtrarios his tã diris uitiis cõmemoremus mores.

De Scipione.

q Vartum & uiceſimum annum agens Scipio: cũ ĩ Hiſpania Carthagine oppræſſa maioris carthaginis capiendæ ſũpſiſſet auſpicia multoſq; obſides: quos in ea urbe pœni clauſos habuerãt:

2009 Ministerio de Cultura

in ſuam poteſtatē redegiſſet: eximiæ inter eos formæ uirginē ætatis adultæ & iuuenis & celebs & uictor: poſtquā cōperit illuſtri loco inter celtiberos natam nobiliſſimoq; gentis eius Indibili deſponſatā: accerſitis parētibus & ſponſo inuiolatā tradidit. aurū quoq; quod ꝓ redemptione puellæ allatum erat ſummæ dotis adiecit. Qua cōtinētia ac munificentia Indibilis obligatus celtiberorum animos romaīs applicādo meritis eius gratiā debitā rettulit. De. Marco Catone.

u Erum ut huius uiri abſtinētiæ teſtis Hiſpania: ita. M. Catonis Epiros: Achaia: Cyclades inſulæ: maritima pars Aſiæ: prouincia Cypros unde cū pecuniæ deportādæ miniſterium ſuſtineret: tā auerſū animū ab omni uenere quā a lucro habuit: ī maxima utriuſq; itēperantiæ uerſatus materia. nā & regiæ diuitiæ poteſtate ipſius cōtinebātur: & fertiliſſimæ delitiarū totius Grætiæ urbes neceſſaria totius nauigationis diuerticula erāt: atq; id Munatius Ruffus cypriacæ expeditionis fidus comes ſcriptis ſuis ſignificat: cuius teſtimoniū nō āplector. ꝓprio. n. argumēto laus iſta nitit̄: quoniā ex eodem naturæ utero & cōtinētia nata ē & Cato. De Druſo germanico.

d Ruſum etiā germanicum eximiam claudiæ familiæ gloriā fratrem Tiberii: patriæque rarum ornamentum. & quod ſuper omnia eſt: operum ſuorum pro habitu ætatis magnitudine uitrico pariter ac fratri auguſto duobus reip. diuinis oculis mirifice reſpondentem conſtitit. uſum ueneris intra coniugis caritatem clauſū tenuiſſe. De Antonia.

a Ntonia quoque fœmina laudibus uirilē familiæ ſuæ claritatē ſupergreſſa amorē mariti ſui egregia fide pēſauit: quæ poſt eius exceſſū forma & ætate florens: cubiculū ſocrus pro cōiugio habuit: ī eodemq; toro alterius adoleſcentiæ uigor extinctus eſt: alterius uiduitatis experientia conſenuit hoc cubiculū talibus experimētis ſummam imponat. De. Cn. Marcio.

d Einceps his uacemus: quorū animus aliquo ī momento ponēdi pecuniā nūquā uacauit. C. Marcius patriciæ gentis. adoleſcens Anci regis clara progenies cui Curioli uolſcorū oppidū captū cognomen adiecit: cum editis conſpicuæ fortitudinis operibꝫ a Poſthumio comminio cōſule accurata oratione apud milites laudatus: omnibus donis militaribus & agri. c. iugeribus & decem captiuorū electione & totidem ornatis equis: centenario bouum grege argētoq;



2009 Ministerio de Cultura

quantum ſuſtinere ualuiſſet: donaret: nihil ex his præter unius cap tiui ſalutem hoſpitis equumq; quo in acie uteret: accipere uoluit. Qua tam circunſpecta animi moderatione neſcias utrum maiore cũ laude præmia meruerit: an reiecerit.

De. M. Curio.

m Arcus autem Curius ex actiſſima norma romanæ frugalitatis idem fortitudinis perſpectiſſimũ ſpecimen ſamnitũ legatis agreſti ſe in ſcamno aſſidentem foco: ac ligneo catino cœnantem: quales epulas apparatus inditio eſt: ſpectandum præbuit. Ille. n. ſãnitum diuitias cõtempſit: ſamnites eius paupertatem mirati ſũt. nam cũ ad eum magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent: benignis uerbis inuitatus: ut eo uti uellet: uultum riſu ſoluit: protinuſq; ſupuacuæ inquit ne dicam ineptę legationis miniſtri narrate ſamnitibus. M. Curium malle locupletibus imparare: quam ipſum fieri locupletẽ: atq; iſtud ut pretioſum: ita malo hominũ excogitatũ munus refertote: & mementote me nec acie uici: nec pecunia corrũpi poſſe.

De eodem Marco Curio.

i Dem cũ Italia Pyrrhum regẽ exegiſſet: nihil omnino ex præda regia quam exercitũ urbẽq; ditauerat: attigit: decretis etiã a ſenatu ſeptenis iugeribus agri populo: ſibi autẽ quinquaginta: popularis aſſignationis modũ non exceſſit. parum idoneum reip. ciuem exiſtimans: qui eo quod reliquis tribueretur: contentus non eſſet.

De Fabricio Licinio.

i Dem ſenſit Fabricius Licinius honoribus & auctoritate omni ciuitate temporibus ſuis maior: cenſu par unicuiq; pauperrimo qui a ſamnitibus quos uniuerſos ĩ clientelã habebat decẽ æris & quinque pondo argenti: totidemque ſeruos ſibi miſſos in ſamniũ remiſit continentiæ ſuæ beneficio ſine pecunia prædiues: ſine uſu familiæ abundæ comitatus: quia locupletem illum faciebat non multa poſſidere: ſed modica deſiderare. ergo domus eius quẽadmodũ ære & argento & mancipiis ſamnitũ uacua: ita gloria ex his parta referta fuit.

De eodem Fabricio.

c Onſentanea repudiatis donis Fabricii uota extiterũt. legatus enim ad Pyrrhum profectus: cum apud eum Cineam theſſa

2009 Ministerio de Cultura

lum narrantem audiſſet: quendam athenienſem clarum ſapiētia: ſuadentem ne quid aliud homines quā uoluptatis cauſa facere uellēt: pro monſtro eam uocem accepit: continuoq; Pyrrho & ſamnitibus iſtam ſapientiam deprecatus ē: licet athenæ doctrina ſua gloriēt: uir tamē prudens Fabricii deteſtationē quā epicuri maluit præcepta: qđ euētus quoq; indicauit: nam que urbs uoluptati plurimum tribuit imperium maximum amiſit: quæ labore delectata eſt: occupauit: & illa libertatem tueri non ualuit: hæc etiam donare potuit.

De. Q. Tuberone Gatilio.

c Vrii & Fabricii. Q. Tuberonē cognomine Gatiliū diſcipulū fuiſſe merito quis exiſtimauerit: cui conſulatum gerenti cum ætolorum gens omnis uſus uaſa argentea magno pondere & exquiſita arte fabricata per legatos miſiſſet: qui ſuperiori tempore gratulādi cauſa ad eum profecti retulerant fictilia ſe in eius menſa uaſa uidiſſe: monitos ne continentiæ quaſi paupertati ſuccurrendum putarent: cum ſuis ſarcinis abire iuſſit: quā bene ætolicis domeſtica prætulerat: ſi frugalitatis eius exemplum poſterior ætas ſequi uoluiſſet: nunc quo uentum eſt: a ſeruis uix impetrari poteſt: ne eam ſupelle ctilem faſtidiant: qua uti conſul non erubuit.

De Paulo.

a T Perſe rege deuicto Paulus cum macedonicis opibus ueterem atque hæreditariā urbis noſtræ paupertatē eo uſq; ſatiaſſet: ut illo tēpore primū populus ro. tributi præſtandi onere ſe liberaret: penates ſuos nulla ex parte locupletiores fecit: præclare ſecū actū exiſtimās: quod ex illa uictoria alii pecuniā: ipſe gloriā occupaſſet

De. Q. Fabio gurgite. C. Numerio Fabio pictore: &. Q. Vgolino.

a Tque huic ai eius iudicio. Q. Fabius gurges. C. Numerius Fabius pictor. Q. Vgolinus ſubſcripſerūt: q legati ad Ptolemæū regē miſſi munera quæ ab eo priuati acceperant: in ærariū qdē priuſq̄ ad ſenatum legationem referrent: detulerunt: ſcilicet de publico miniſterio nihil cuiquā præter laudem bene adminiſtrati officii acccedere debere iudicantes: Iam illud humanitatis ſenatus & attentæ maiorum diſciplinæ indicium eſt. data ſunt. n. legatis quæ in ærarium repoſuerant non ſolum patrum. C. decreto: ſed etiā populi permiſſu ea quæ legatis quæſtores prompte unicuiq; diſtribuerunt: ita



2009 Ministerio de Cultura

in iiſdem Ptolemæi liberalitas: legato℞ abſtinentia: ſenatus ac popu li æquitas: debitam probabilis facti portionem obtinuit.

De Calphurnio Piſone.

f Abiorum & Vgolini continentiæ Calphurnium Piſonem in conſimili genere laudis æmulum fuiſſe: res ipſa documẽto ẽ. Conſul graui fugitiuorum bello a ſe liberata Sicilia eos quorũ præci pua opera uſus fuerat: imꝑatorio more donis ꝓſequebat᷑: inte᷑ quos filium ſuum aliquot locis præliatum fortiſſime titulo trium librarũ aureæ coronæ decorauit: præfatus non oportere a magiſtratu e publi ca pecunia erogari: quod in ipſius domum rediturum eſſet: tantũq; ponderis ſe teſtamento adoleſcenti legaturum promiſit: ut honorẽ publice a duce: pretium priuatim a patre reciperet.

De Catone ſuperiore.

a Ge ſiquis hoc ſæculo uir illuſtris pellibus ædinis ꝓ ſtragulis utat᷑: tribuſq; ſeruis comitatus Hiſpaniam regat: & quingen torum aſſium ſumptu trãſmarinã ꝓuinciam petat: eodem cibo eo/ demq; uino quo nautæ uti contẽtus ſit: nõne mirabilis exiſtimetur: atq; iſta patientiſſime ſuperior Cato tolerauit: quia illũ grata fruga/ litatis cõſuetudo in hoc genere uitæ cũ ſũma dulcedine continebat.

De Catone poſteriore.

m Vltum a priſca cõtinentia ſpatio ãno℞ poſterior Cato diſce dit utpote in ciuitate iam diuite & lauticia gaudente natus. is tamẽ cũ bellis ciuilibus intereſſet filium: ſecũ trahens duodecim ſeruos habuit: numero plures quã ſuperior: temporum diuerſis mo/ ribus pauciores: exultat animus maximo℞ uiro℞ memoriã ꝑcurrẽs.

De Scipione Aemiliano.

ſ Cipio Aemilianus poſt duos ĩclytos cõſulatus: totidemq; ſuæ præcipuæ gloriæ triumphos ſeptem ſeruis ſequentibus officio legationis functus eſt: & puto Carthaginis ac Numantiæ ſpoliis cõ/ parare plures potuerat: niſi opum ſuo℞ ad ſe laudem: manubias ad patriam redundare maluiſſet. Itaq; cum per ſocios & exteras gẽtes iter faceret: nõ mancipia eius: ſed uictorie numerabant᷑: nec quantũ auri & argenti: ſed quantum amplitudinis pondus ſecũ ferret. æſti mabat᷑: continẽtia uero etiam uniuerſis plebis animis ſæpenumero cognita eſt: ſed abunde erit ex his duo ſequentia exempla longe ĩter ſe diſtãtiũ ſæculorum rettuliſſe.

De Pyrrho.

2009 Ministerio de Cultura

p Yrrhus impetus ſui terrore ſoluto: ac iam epyroticis armis lã guentibus: beniuolentiã populi ro. mercari: quia uirtutem đ bilitare nequiuerat cupiens pœne totum regiarum opum apparatũ i urbem noſtrã trãſtulit. Cæteꝝ cũ & magni pretii & uarii generis a legatis eius tã uiroꝝ quã fœminarũ apta uſui munera circa domos ferrentur: nulla cuiquam dono ianua patuit. Tarentinæque petulã tiæ animoſus magis quam efficax defenſor haud ſcio: maiore cũ gloria huius urbis armis quam moribus repulſus ſit.

De. C. Mario & . L. Cinna.

i N illa quoq; procella quã. C. Marius & . L. Cinna reip. inflixerãt: abſtinẽtia populi ro. mirifica cõſpecta ẽ. nã cũ a ſe proſcriptoꝝ penates uulgi manibus diripiendos abieciſſent: inueniri potuit nemo: qui ciuili luctu prædam peteret. Vnus enim quiſque ſe ab his ꝑinde ac ſacris ædibꝫ abſtinuit. Quæ qdẽ tã miſericors cõtinẽtia plebis tacitũ crudeliũ uictoꝝ cõuiciũ fuit.

Externa de Pericle.

a C ne eiuſdẽ laudis cõmemoratiõnẽ externis ĩuideamus: Pericles atheniẽſiũ princeps cũ tragœdiaꝝ ſcriptorẽ Sophoclẽ in prætura collegã haberet: ac is publico officio una diſtrictus pueri ĩgenui prætereũtis formã ĩpenſioribus uerbis laudaſſet: ĩtẽpantiã eius ĩcrepitãs dixit: prætoris nõ ſolũ manus a pecuniæ lucro: ſed etiã oculos a libidinoſo aſpectu cõtinẽtes eſſe debere.

De Sophocle.

ſ Ophocles autẽ ætate iã ſenior: quum ab eo quidã quæreret an etiã nunc rebus uenereis uteret̃: dii meliora inquit libenter enim iſtinc: tanquam ex aliqua furioſa profugi dominatione.

De Xenocrate.

n Equeĩabſtinentis ſenecte Xenocratẽ fuiſſe accepimus: cuius opinionis nõ parua fides erit narratio: quæ ſequit̃. In peruigilio Phyrne nobile athenarum ſcortum iuxta eum uino grauẽ accubuit: pignore cũ quibuſdam iuuenibus poſito an temperantiã eius corrumpere poſſet quã nec tactu nec ſermone aſpernatus: quoad uoluerat ĩ ſinu ſuo moratam propoſiti irritam dimiſit. factum ſapiẽtia imbuti animi abſtinens: Sed meretriculæ quoq; dictum per quã facetum: deridentibus enim ſe adoleſcẽtibus: quia tam formoſa tãque elegans potati ſenis animum illecebris pellicere nõ potuiſſet: pactũq; uictoriæ pretium flagitantibus: de homine ſe cũ his non de ſtatua pignus poſuiſſe reſpondit: poteſt ne Xenocratis continẽtia a quoquã

2009 Ministerio de Cultura

uerius propiuſq; demonſtrari: quam ab ipſa meretricula expreſſa ē: Phyrne pulchrytudine ſua nulla ex parte conſtantiſſimā eius conti-nentiam labefecit. De Xenocrate philoſopho.

q Vid rex Alexander diuitiis eum quatere potuit: ab illo quoq; ſtatuam equidem æque fruſtra temptatā putes: legatos ad eū cum aliquot talentis miſerat: quos in academiam pductos ſolito ſibi ideſt modico apparatu & admodū puulis copiis excepit: poſtero die īterrogātibus cui nā adnumerari pecuniā uellet. Quid uos inqt heſterna cœna non intellexiſtis: ea me nō indigere: ita rex philoſophi amiciciam emere uoluit: philoſophus regi ſuam uendere noluit.

De Diogene.

a Lexander uero cognomen inuicti aſſecutus: continentiā Dio genis cynici uincere nō potuit: ad quem cū in ſole ſedentem acceſſiſſet: hortareturq;: ut ſiqua ſibi præſtari uellet īdicaret: quéad modum erat increpidīe collocatus ſordidæ appellatiōis: ſed robuſtæ uir præſtantiæ: mox inquit de cæteris: interim uellim a ſole mihi non obſtes: quibus uerbis illa nimiꝵ inhæſit ſententia: Alexander Dioge nem gradu ſuo diuitiis pellere temptat: celerius Darium armis.

De Diogene & Ariſtippo.

i Dem ſyracuſis quum holera ei lauanti Ariſtippus dixiſſet: ſi Dionyſio adulari uelles: iſta non eſſes: īmo inquit: ſi tu iſta eſſe uelles: Dionyſio non adulareris.

De paupertate. Capitulū Quartum De Cornelia.

m Axima ornamenta eſſe matronis liberos apud Pōponiū Ruffum collectoꝵ libro ſic iuenimus. Cornelia graccho rum mater cū campana matrona apud illam hoſpita or namenta ſua pulcherrima ſæculi illius oſtēderet: traxit eam ſermone: quouſq; e ſchola redirent liberi: & hæc inquit ornamē ta mea ſunt: omnia nimirum habet: qui nihil concupiſcit: eo quidē certius quam qui cuncta poſſidet: quia dominium rerum collabi ſo-let: bonæ mētis uſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit incurſū. Itaq; quorſum attinet: aut diuitias in prima fælicitatis parte: aut pau pertatem in ultimo miſeriarum ſtatu ponere cum & illarum frons hilaris multis intus amaritudinibꝫ ſit referta: & huius horridior aſpec tus ſolidis & certis bonis abundet: quod melius perſonis quam uer-bis repreſentabitur. De Valerio Publicola.

2009 Ministerio de Cultura

r Egio imperio propter nimiã Tarquini ſuperbiam finito cõſu latus initium Valerius Publicola cũ Iunio Bruto auſpicatus eſt. Idemq; poſtea tres conſulatus acceptiſſimos populo ro. geſſit: & plurimorũ ac maximorꝝ operũ prætextu titulum imaginũ ſuarꝝ am plificauit. quomodo iterim faſtorũ illud columẽ patrimonio: ne ad exequiarꝝ quidẽ ĩpenſam ſufficiente deceſſit. Ideoq; publica pecunia ductæ ſũt. nõ attinet ulteriore diſputatione tãti uiri paupertatẽ ſcru tari. Abũde enim patet quid uiuus poſſederit: cui mortuo lectus fu nebris & rogus defuit.

De Menenio Agrippa.

q Vãtæ amplitudinis. M. Meneniũ agrippã fuiſſe arbitremur: quẽ ſenatus & plebs pacis ĩ ſe faciendæ auctorẽ elegit: quan tæ ſcilicet eſſe debuit arbiter publice ſalutis: hic niſi a populo collatis ĩ capita ſextantibus funeratus eſſet: ita pecuniæ inops deceſſit: ut ſe pulturæ honore caruiſſet: uerũ iccirco perniciosa ſeditione diuidua ciuitas manibus Agrippe ĩ unũ cõtrahi uoluit: quia eas pauperes q dem ſed ſanctas animaduerterat: cuius ut ſupſtitis nullũ fuit quod ĩ cenſũ deferretur: ita extincti hodie quod ampliſſimũ eſt patrimoni um Romana concordia.

De Caio Fabricio & . Q . Aemilio.

a N. C. uero Fabricii. & . Q . Aemilii Pappi principum ſæculi ſui domibus argentũ fuiſſe cõfitear oportet: uterq; enim pa tellã deorũ & ſalinũ habuit. Sed eo Lautius Fabricius quod patellã ſuã corneo pediculo ſuſtineri uoluit: Pappus quoq; ſatis animoſe q cũ hæreditatis noĩe ea accepiſſet: religionis cã abalienãda nõ putauit

i Lli etiam prædiuites qui ab aratro accerſebãtur: ut cõſules fi erent. uoluptatis cauſa ſterile atq; æſtuoſiſſimũ pupiniæ ſolũ uerſabant: delitiarũq; ignari uaſtiſſimas glebas plurimo cum ſudore diſſipabant: imo uero quos pericula reip. imperatores aſſerebant an guſtiæ rei familiaris. Quid ceſſo propriũ nomẽ ueritati reddere: bu bulcos fieri cogebant.

De Attilio.

a Ttilium aũt qui ad eum accerſendũ a ſenatu miſſi erant ad i perium populi ro. ſuſcipiẽdum ſemẽ aſpergentem uiderũt: ſed illæ ruſtico opere attritæ manus ſalutem publicã ſtabilierunt. In gentes hoſtium copias peſſundederũt. Quæque modo arantiũ boũ iugum rexerant triũphalis currus habænas retinuerunt: nec fuit his rubor eburneo ſcipione depoſito agreſtẽ ſtiuã aratri repetere: poteſt pauperes conſolari Attilius: ſed multo magis docere locupletes quã

2009 Ministerio de Cultura

nõ ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini anxia diuitiaꝝ cõparatio.

De Attilio Regulo.

e Iuſdem nominis & ſanguinis Attilius Regulus primi punici belli gloria cladeſq; maxima: quũ in Africa iſolentiſſimæ Carthaginis opes crebris uictoriis cõtunderet: ac ꝓrogatum ſibi ob bene geſtas res in proximum annum imperium cognouiſſet: Conſulibus ſcripſit uillicum in agello: quẽ ſeptem iugerum in pupinia habebat mortuum eſſe: occaſionemq; nactum mercænarium amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe: ideoq; petere ut ſibi ſucceſſor mitteret: ne deſerto agro non eſſet unde uxor ac liberi ſui alerent̃. Quæ poſtq̃ ſenatus a cõſulibus accepit: & agrum edili ilico colendum locari: & alimenta coniugi eius ac liberis præberi: reſq; quas amiſerat redimi publice iuſſit. Tanti ærario noſtro uirtutis attilianæ exemplum quo oĩs ætas romana gloriabit̃: ſtetit.

De Quinto Cincinato.

a Eq; magna latifundia. L. Quintii Cincinati fuerunt. ſeptem enim iugera agri poſſedit: ex hiſq; tria quæ ꝓ amico ad ærarium ob-ſignauerat: mulctæ nomine amiſit. pœnam quoq; pro filio Ceſone: quod ad cauſam dicendam non occurriſſet: huius agelli reditus ſoluit: & tamen ei quattuor iugera aranti nõ ſolum dignitas patriſfamiliæ conſtitit: ſed etiam dictatura delata eſt: anguſte ſe habitare nunc putat: cuius domus tantum patet: quantum Cincinati rura patuerunt.

De Aelia Familia.

q Vid Aelia familia? quam locuplex? ſedecim eodem tempore Aelii fuerunt: quibus una domuncula fuerat eodẽ loci: quo nunc ſunt mariana monumẽta: & unus in agro ueiente fũdus mĩus multo cultores deſyderãs quã domĩos habebat. Inq; maxĩo circo Flamĩo ſpectaculi locus. q̃ qdẽ loca ob uirtutẽ publice dõata poſſidebãt

e Adem gens nullũ ante ſcrupulum argẽti habuit: quã Paulus Perſe rege deuicto. Q. Aelio Tuberoni genero ſuo quinque pondo argenti ex præda donaret. Taceo. n. quod princeps ciuitatis filiam ei nuptui dedit: cuius pecunia tã ieiunos penates uidebat: qui ipſe quoq; adeo inops deceſſit: ut niſi fundus quem unũ reliquerat: uæniſſet: uxor eius dotem unde reciperet: non extitiſſet.

a Nimi uirorum & fœminarum uigebant in ciuitate: eorumq; bonis dignitatis æſtimatio cunctis in rebus ponderabat̃: hæc imperia cõciliabant: hæc iungebant affinitates: hæc in foro: hæc itra

Hoc ẽ inter cetera bona nullum præstantius estimatione dignitatis ducebant

2009 Ministerio de Cultura

priuatos penates plurimum poterant: patriæ enim rem unuſquiſq; nõ ſuã augere ꝓperabat: pauperq; ĩ diuite: quã diues ĩ paupere ĩperio uerſari malebat: atq; huic tam præclaro ꝓpoſito illa mercæs reddebat: quod nihil eoꝝ quæ uirtuti debentur: emere pecunia licebat. inopiæ que illuſtriũ uiroꝝ publice ſuccurrebat.

De. Cn. Scipione.

Taq; cũ ſæcũdo punico bello. Cn. Scipio ex Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet: petens ut ſibi ſeceſſor mitteretur: qa filiã uirginem adultæ iã ætatis haberet: neq; ei ſine ſe dos expediri poſſet: ſenatus ne res publica bono duce careret: patris ſibi partes deſumpſit: cõſilioq; uxoris ac ꝓpiquorũ Scipionis cõſtituta dote ſũmã eius ex ærario erogauit: ac puellam nuptui dedit. dotis modus. xl. millia æris fuit. qua non ſolũ humanitas patrũ. C. ſed etiã habitus ueteꝝ patrimoniorũ cognoſci poteſt. nãq; adeo fuerũt arcta: ut Tacia Ceſonis filia maximã dotẽ ad uirũ. x. millia æris attuliſſe uiſa ſit. & Megulia qa cũ qngentis milibus æris mariti domũ ĩtrauit dotatæ cognomẽ inuenerit.

i Dem ſenatus Fabricii Lucinii Scipioniſque filias ab ĩdotatis nuptiis liberalitate ſua uindicauit: quoniam paternæ hæreditati præter opimam gloriam nihil erat quod acceptum referret.

eo q pecuniaꝝ dos nõ eẽt ſufficiens.

De. M. Scauro.

m Arcus autẽ Scaurus quãtulã a patre hæreditatẽ accepit ĩ primo libro eorũ quos de uita ſua tranſcripſit: refert. ait enim ſibi decẽ ſola mancipia: totũq; cenſũ quinque atq; triginta miliũ nũmũ relictũ: in hac enim ille pecunia futurus ſenatus princeps nutritus eſt ſpiritus. hæc igitur exẽpla reſpicere: his acquieſcere ſolatiis đbemus: qui paruulos cenſus noſtros nũquã querelis uacuos eſſe ſinimus. nullũ autẽ admodũ parui ponderis argẽtum: paucos ſeruos: ſeptẽ iugera aridæ terræ ĩdigentia domeſtica ĩpenſa funera: ĩopes dotũ filias: ſed egregios conſulatus: mirificas dictaturas ĩnumerabiles triumphos cernimus. Quid ergo mẽdicã fortunã. quaſi præcipuum generis humani malũ: diurnis cõuiciis laceramus: quæ ut nõ abũdãtius ita fidis uberibus: Publicolas. Aemilios. Fabricios. Curios. Scipiones. Scauros. hiſque (alios huiuſmodi) paria robora uirtutis aluit. exurgamus potius animis: pecuniæque aſpectu debilitatos ſpiritus priſtini tẽporis memoria recreemus. nãq; p romuli caſã perq; ueteris capitolii humilia tecta & æternos ueſtæ focos fictilibus etiam nunc uaſis contentos: iuro nullas diuitias paupertati talium uirorum poſſe præferri.

2009 Ministerio de Cultura

4 cs

## De Verecundia. Capitulum Quintum.

e Quã tẽpeſtiuus ad uerecũdiam tranſitus uidetur. Hæc enim iuſtiſſimis uiris præcepit: ut priuatas facultates negligerent: publicas quã ampliſſimas eſſe cuperẽt: digna cui pinde ac cæleſti numini templa extruantᷣ: araq; conſecrentur: quia parens eſt omnis honeſti conſilii: tutella ſollẽnium officioꝝ: magiſtra innocẽtiæ: cara ꝓximis: accepta alienis: omni loco: omni tempore fauorabilem præ ſe ferens uultum.

ſ Ed ut a laudibus eius ad facta ueniamus a condita urbe uſq; ad Africanum & Tiberium longum conſules: promiſcuus ſenatui & populo ſpectandoꝝ ludoꝝ locus erat: nunquã tamẽ qſquã ex plebe in theatro ante. P. C. ſpectare ſuſtinuit: adeo circunſpecta noſtræ ciuitatis uerecundia fuit.

q Væ quidem certiſſimum ſui documentũ etiam illo die exhibuit: quo. L. Flaminius extrema in parte theatri conſtitit: qa a. M. Catone. &. L. Flacco cenſoribus ſenatu motus fuerat. conſulatus iã honore defũctus frater etiã. T. Flaminii macedoniæ Philippiq; uictoris: oẽs. n. tranſire in locum dignitati ſuæ debitum coegerunt.

### De Terentio Varrone.

c Onfregit remp. Terentius Varro cannẽſis pugnæ temerario igreſſu. Idem delatam ab uniuerſo ſenatu & populo dictaturam recipere nõ ſuſtinẽdo: pudore culpam maxime cladis redemit: effecitq; ut acies deoꝝ iræ: modeſtia ipſius moribus imputaretᷣ. Itaq; titulo imaginis eius ſpecioſius nõ recepta dictatura quã alioꝝ geſta aſcribi poteſt.

### De. Cn. Scipione & Scriba Cicereio.

n Os aũt ad præclarũ uerecũdiæ opus tranſgrediamur. magna cũ iuidia: fortuna prætoriis comiciis Africani ſuperioris filiũ Cn. Scipionẽ & ſcribam Cicereium in campum deduxerat: utq; nimis impotẽs ſermone uulgi carpebatᷣ: quod tanti uiri ſanguinẽ clientelamq; comiciali certamine confuderat. Cæterum crimen eius i ſuã laudem Cicereius conuertit. Nam ut uidit omnibus ſe cẽturiis Scipioni anteferri: templo deſcendit: abiectaq; candida toga cõpetitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit: ut ſcilicet præturam melius Africani memoriæ concederet: quã ſibi uendicaret. necnõ maximũ uerecũdiæ pretium Scipio tũc honorem adeptus eſt: ſed Cicereio magiſtratus lati ſunt.

### De. L. Craſſo.

2009 Ministerio de Cultura

a C ne protinus comitiis habeamus cōſulatū petens. L. Craſſus quomodo omnium cādidatorū more circū fora ſupplex popu lo ire cogeretur: nūquā adduci potuit: ut id præſēte. Q. ſcæuola gra uiſſimo & ſapiētiſſimo uiro ſocero ſuo faceret: Itaq; rogabat eū: ut a ſe dum ineptæ rei inſeruiret: diſcederet: maiorem uerecundiam di gnitatis eius: quam candidæ togæ ſuæ reſpectum agens.

De Pompeio Magno.

p Ompeius autē Magnus farſalica in acie uictus a Cæſare: cū poſtero die Lariſſā intraret: oppidiq; illius uniuerſus popu/lus obuiam ei proceſſiſſet: ite inquit & iſtud officiū præſtate uicto/ri: dicerē nō dignus qui uinceretur: niſi a Cæſare eſſet ſuperatus: cer te modeſtus ī calamitate. Nā quia dignitate ſua uti iam nō poterat: uſus eſt uerecundia.

De Caio Iulio Cæſare.

q Vam præcipuā ī Caio quoq; Cæſare fuiſſe ſæpenumero appa ruit: & ultimus eius ſignificauit dies: cū pluribus enim par/ricidarū uiolatus mucronib; īter ipſū illud tempus quo diuinus ſpiri tus mortali ſecernebatur a corpore: ne tribus quidē & uigīti uulneri/bus: quin uerecūdiæ obſequeret̄: abſterreri potuit: ſiquidē utraq; to gā manu demiſit. ut īferior pars corporis tecta collaberetur. in hunc modū non homines expirant: ſed dii immortales ſedes ſuas repetūt

Externa de Spurina.

q Vod ſequitur externis adnectā: quia ante geſtū ē quā ethru/riæ ciuitas daretur: excellentis ī ea regione pulchritudinis ado leſcens nomine Spurina cū mira ſpecie: compluriũ fœminarum illuſtrium ſollicitaret oculos: ideoq; uiris ac parentibus earum ſe ſu ſpectum eſſe ſentiret: oris decorem uulneribus confudit: deformita/tēq; ſanctitatis ſuæ fidē: quam formā irritamētum alienæ libidinis eſ ſe maluit.

De quodam ſene Athenienſi.

a Thenis quidā ultimæ ſenectutis cū ſpectatū ludos ī theatrū ueniſſet: eumq; nemo e ciuibus ſeſſum reciperet: ad lacedæ/moniorū legatos forte peruenit: qui hominis ætate moti canos eius & annos aſſurgendi officio uenerati ſunt: ſedemq; ei inter ipſos hono ratiſſimo loco dederūt: quod ubi fieri populus aſpexit: maximo pla uſu alienæ urbis uerecundiam cōprobauit: ferunt tūc unū e lacedæ/moniis dixiſſe: ergo athenienſes quid rectum ſit ſciunt: ſed id facere negligunt.

De amore cōiugali Cap. Sextum.



2009 Ministerio de Cultura

a Placido & leni affectu ad æque honeſtum uerũ aliquã/ to ardentiorem & cõcitaciorem pergam: legitimiq; amoris quaſi quaſdam imagines nõ ſine maxima ueneratõe cõtemplandas lectoris oculis ſubiiciam ualenter: ĩter cõiuges ſtabilitate fidei opera percurrẽs ardua imitatu cæterum ̄cognoſci utilia: quia excellẽtiſſima aĩaduertẽti ne mediocria qdẽ præſtare: rubori oportet eſſe.

De. T. Graccho & Cornelia eius uxore.

t Iberius Graccho anguibus domi ſuæ mare ac fœmina apprehenſis: certior factus ab aruſpice mare dimiſſo uxori eius fœ/mina ipſi celerem obitum inſtare. ſalutarem coniugi potius quã ſibi partem ſecutus augurii marem necari fœminam dimitti iuſſit: ſuſtinuitq; in conſpectu ſuo ſe ipſum in interitu ſerpentis occidi. Itaque Corneliam neſcio utrum feliciorem dixerim quod talem uirum ha/buerit: an miſeriorẽ quod amiſerit.

De Admeto Rege Theſſaliæ.

o Theſſaliæ rex Admete crudelis & diri fati crimĩe ſub magno iudice damnatũ: qui cõiugis tuæ fata: pro tuis pmutari paſ/ſus eſt: eaque ne tu extinguereris uolũtario obitu cõſumpta lucem ĩtueri potuiſti. & certe prius parentũ indulgentiã temptaueras fœmineo animo impar inuẽtus.

De. C. Plautio.

u Ilior Graccho iniq; fortunæ uictima quãuis ſenatorii uir or/dinis. C. Plautius numida ſed ĩ conſimili amore par exẽplũ: morte. n. uxoris audita doloris impotẽs pectus ſuum gladio pcuſſit. Interuentu deĩde domeſticorum incœptum exequi phibitus colligatuſq; ut primum eſt occaſio data: ſciſſis faſciis ac uulnere diuulſo cõſtanti dextera ſpiritum luctus acerbitate permixtum ex ipſis præcordiis & uiſceribus hauſit tam uiolenta morte teſtatus quantũ maritalis flamæ illo pectore clauſum habuiſſet.

De. M. Plautio.

e Iuſdem ut nominis ita amoris quoq;. M. Plautius: nam cum imperio ſenatus claſſem ſociorum ſexaginta nauium in Aſiã reduceret: Tarentumq; appuliſſet: atq; ibi uxor eius Horeſtilla quæ eum illuc pſecuta fuerat: morbo præſſa deceſſiſſet: funerata ea & in rogum impoſita inter officium ungendi & oſculandi ſtricto ferro incubuit. quem amici ſicut erat togatum & calciatum corpori cõiugis iunxerunt: ac deĩde ſubiectis facibus utrũq; una cremauerũt: quorũ ibi factum ſepulchrum eſt: Tarenti etiã nũc conſpicit̃ quod uocat̃.

2009 Ministerio de Cultura

τῶν φιλούντων. nec dubito quin ſiquis modo extinctis ſenſus ĩeſt plautius & Horeſtilla fati cōſortione geſtiẽtes uultus tenebris ĩtule/rint: ſaneq; ubi idẽ & maximus & honeſtiſſimus amor ẽ: aliquanto præſtat morte iūgi quā uita diſtrahi.

De Iulia Caii Cæſaris Filia.

c Onſimilis affectus Iuliæ. C. Cæſaris filiæ ānotatus ẽ: quæ qu um edilitiis comitiis Pompeii Magni cõiugis ſui ueſtẽ cruore reſperſam e cāpo domū relata uidiſſet: territa metu nequa uis ei eẽt allata: exanimis concidit: partūq; quem utero conceptū habebat ſu/bita animi cōſternatione & graui dolore corporis eiicere coacta ẽ: atq; ita expirauit: magno quidẽ cū totius terrarꝝ orbis detrimento: cuius trāquillitas tot ciuiliū bellorꝝ truculentiſſimo furore ꝑturbata nō eſ ſet: ſi Cæſaris & Pompeii cõcordia cõmunis ſanguinis uinculo cōſtri cta manſiſſet.

De Portia Catonis filia Vxore Bruti.

t Vos quoq; caſtiſſimos ignes Portia. M. Catonis filia cūcta ſæ cula debita admiratione proſequūtur: quæ quū apud philip pos uictum & itereptum uirū tuū Brutū cognoſceres: quia ferꝝ non dabat: ardẽtes ore carbones haurire nō dubitaſti: muliebri ſpiritu ui rilẽ patris exitū imitata: Sed neſcio an hoc fortius quod ille uſitato: tu nouo genere mortis abſūpta es.

Externa.

ſ Vnt & alienigeni amores iuſti obſcuritate ignorātiæ nō obru ti ex quibus paucos attigiſſe ſatis erit. Gentis cariæ Regina ar themeſia uirū ſuū Mauſolū fato abſūptum quātopere deſyderauit: leue ẽ poſt cõquiſitorꝝ omnis generis honorū monumẽtique uſq; ad ſeptẽ miracula prouecti magnificẽtiam argumẽtari. Quid enim aut eos colligas: aut de illo inclyto tumulo loquare: quomodo ipſa Mau/ſoli uiuū ac ſpirans ſepulchrū fieri cõcupierit: eorꝝ teſtimonio qui il lam extincti oſſa potioni aſperſa bibiſſe tradunt.

De Hipſicratea Vxore Mithridatis.

h Ipſicratea quoque Regina Mithridatẽ coniugem ſuū effuſis caritatis habænis amauit: propter quẽ præcipuū formæ ſuæ decorem i habitum uirilẽ cõuertere uoluptatis loco habuit. tonſis. n. capillis equo ſe & armis aſſuefecit: quo facilius laboribus & ꝑiculis eius ītereſſet: quin etiā uictū a. Cn. Pompeio per efferatas gentes fu giẽtem animo pariter & corpore īfatigabili ſecuta ẽ: cuius tāta fides aſperarꝝ atq; difficilium rerꝝ Mithridati maximū ſolaciū & iucundiſ/ſimū lenimẽtum fuit: cū domo enim & penatibus uagari ſe credidit



2009 Ministerio de Cultura

uxore ſimul exulante. De Lacedæmone.

u Erum quid Aſiam quid barbariæ immēſas ſolitudines: quid latebras pontici ſinus ſcrutor: quū ſplēdidiſſimū totius Græciæ decus lacedæmon præcipuū uxoriæ fidei ſpecimen tantum non noſtris oſtentet oculis plurimis & maximis patriæ ſuæ laudibus admiratione facti cōparandum. De Miniis.

m Iniæ quoꝝ origo ex inclyto socioꝝ Iaſonis numero lemnioꝝ in inſula concepta ꝑ aliquot ſæculoꝝ uices ſtabilis ī ſede mā ſerat: a pelaſgicis expulſi armis alienæ opis indigentes excelſa taygetoꝝ montium iuga ſupplices occupauerūt: quos ſpartana ciuitas reſpectu tyndaridarum: nanq; in illo nobilis famæ nauigio deſtinatum ſyderibus par fratrum fulſerat: deductos inde legibus cōmodiſque ſuis immiſcuit: Sed hoc tantum beneficium in iniuriam benemeritæ urbis regnum affectātes uerterūt. Igit͛ publicæ cuſtodiæ incluſi capitali ſeruabant͛ ſupplicio: quod cum uetere inſtituto lacedæmoniorū nocturno tempore paſſuri eſſent coniuges eorum illuſtris ibi ſanguinis: uelut allocuturæ parituros uiros impetrato a cuſtodibus aditu carcerem intrauerunt: cōmutataq; ueſte ꝑ ſimulationem doloris uelatis capitibus eos abire paſſæ ſunt. Hoc loco quid aliud adiecerim: ꝗ̄ dignas fuiſſe quibus Miniæ nuberent.

De Amicicia. Capitulum Septimum.

c Ontemplemur nunc amiciciæ uinculum potens & præualidum neq; ulla ex parte ſanguinis uiribus inferius. hoc etiam certius & exploratius: quia illud naſcendi ſors fortuitum opus: hoc uniuſcuiuſq; ſolido iudicio inchoata uoluntas contrahit. Itaq; celerius ſine reprehenſione propinquum auerſere quam amicū: quia altera direptioni utiq; iniquitatis: altera utiq; leuitatis crimini ſubiecta eſt. Cum. n. deſerta ſit futura uita homini nullius amiciciæ cincta præſidio: tam neceſſarium ſubſidium temere aſſumi non debet: ſemel autem apprehēſum recte ſperni nō cōuenit. Sincæræ uero fidei amici præcipue in aduerſis rebus cognoſcunt͛: in quibus qcquid præſtat͛ totum a conſtanti beniuolentia proficiſcit͛. felicitatis cultus maiore ex parte adulationi quā caritati erogatus certe ſuſpectus eſt: perinde ac plus ſemꝑ petat quā impendat. Accedit huc: quod infractæ fortunæ homines magis amicoꝝ ſtudia deſyderant: uel præſidii: uel ſolatii gratia: nam læta qdem & ꝓſpera

Nō de amicitia ſentētias.

2009 Ministerio de Cultura

negocia utpote cũ diuina ſuffragatione foueãť:humana minus indi/
gent. Tenacius igitur eoꝝ nomina poſteritatis memoria apprehẽdit:
q̃ aduerſos amicoꝝ caſus nõ deſeruerũt. quã qui proſperũ uitæ cur/
ſũ comitati ſunt.

## De Sardanapalo Oreſte & Pylade.

n Emo de Sardanapali familiaribꝫ loquiť. Oreſtes Pylade pœ
ne amico quã Agamemnone patre notior eſt. Siquidẽ illorũ
amicicia ĩ conſortione deliciarũ & luxuriæ contabuit:horũ duræ atq;
aſperæ conditionis ſolatium ipſarum miſeriaꝝ experimento enituit.
Sed quid externa attingo:cũ domeſticis prius liceat uti?

## De Graccho damnato & .C. Bloſio ipſum defendẽte.

i Nimicus patriæ fuiſſe Gracchus exiſtimatus ẽ:nec immerito
quia potentiã ſuã ſaluti eius prætulerat:quã cõſtantis tamen
fidei amicũ etiam ĩ hoc tã prauo propoſito. C. Bloſiũ cumanum ha/
buerit:operæ pretium ẽ cognoſcere. hoſtis iudicatus:ultimo ſuppli/
tio affectus:ſepulturæ honore ſpoliatus:beniuolentia tamẽ eius non
caruit. Nã quum ſenatus Rutilio & Lennati cõſulibus mãdaſſet:ut ĩ
eos qui cũ Graccho cõſenſerant:more maiorũ animaduerterent:&
ad Lællium cuius cõſilio præcipue conſules utebãť:pro ſe Bloſius de
precatũ ueniſſet:familiaritatiſq; excuſatione utereť:atq; is dixiſſet.
Quid ſi te Gracchus tẽplo Iouis optimi maximi faces ſubdere iuſſiſ
ſet:obſecuturus ne uolũtati ipſius:propter iſtam quã iactas familia
ritatẽ fuiſti? Nũquã iſtud inquit Gracchus imperaſſet:ſatis ĩmo eti
am nimiũ:totius nãq; ſenatus conſenſu damnatos mores defendere
auſus ẽ. Verũ quod ſequitur multo audacius multoq; periculoſius:
compreſſus enim ꝑſeueranti interrogatiõe Lællii ĩ eodem cõſtãti gra
du ſtetit:ſeque etiam hoc ſi modo Gracchus annuiſſet:factuꝝ reſpõ
dit. Quis illum ſceleratũ putaſſet fuiſſe:ſi tacuiſſet. Quis etiam non
ſapientem:ſi pro neceſſitate temporis locutus eſſet? At Bloſius nec
ſilentio honeſto:nec prudenti ſermone:ſalutẽ ſuam ne qua ex par/
te infelicis amiciciæ memoriam deſereret:tueri uoluit.

## De .C. Graccho & Pomponio & Lectorio amicis.

i N eadem domo æque robuſta cõſtantis amiciciæ exempla ob
oriuntur. proſtratis enim iam & perditis. C. Gracchi cõſiliis
rebuſq;:quum tota eius cõſpiratio late quæreret:deſertum omni au
xilio:duo tãtũ amici Pomponius & Lectorius ab infeſtis & undique
ruẽtibus tælis oppoſitu corporũ ſuorũ texerũt:quorum Pomponius



2009 Ministerio de Cultura

l

quo is facilius euadaret: cōcitatum ſequentiū agmen ī porta trigemi/
na aliquādiu acerrima pugna inhibuit: nec uiuus pelli potuit: ſed
multis cōfectus uulneribus tranſitum ſuper cadauer ſuum eis credo
etiam poſt fata: inuitus dedit. Lectorius autem in ponte ſublicio cō
ſtitit: & eū donec Gracchus tranſiret ardore ſpiritus ſui ſepſit: ac ui
iam multitudinis obrutus conuerſo in ſe gladio celeri ſaltu ꝓfundū
tyberis petiit. quāq; in eo ponte caritatē toti patriæ Horatius cocles
exhibuerat: unius amiciciæ adiecta uolūtaria morte præſtitit: quā bo
nos Gracchi ſi aut patris aut materni aui ſectam uitæ ingredi uoluiſ
ſent: habere milites potuerāt. Quo enim īpetu qua perſeuerātia ani
mi Bloſius & Pōponius & Lectorius trophea ac triumphos eorū ad
iuuiſſent: furioſi conatus tam ſtrenui comites ſiniſtris quidē auſpici
is amiciciæ condicionē ſecuti. ſed quo miſeriora hoc certiora fideliter
cultæ nobilitatis exēpla. De Lucio Rhegino.

l Vcius autē Rheginus ſi ad debitā publico miniſterio ſyncæri
tatem exigatur poſteritatis cōuitio lacerādus: ſi amiciciæ fido
pignore æſtimeť ī optimo laudabilis conſcientiæ portu reliquendus
eſt. Tribunus enim plebis Cepionem in carcerem coniectum quod
illius culpa exercitus noſter a cimbris & teutonicis uidebať deletus:
ueteris arcteq; amiciciæ memor publica cuſtodia liberauit: nec eate/
nus amicum egiſſe contentus: etiam fugæ eius comes acceſſit.

Exclamatio ad Amiciciam.

p Roh magnum & inexuperabile tuum numē amicicia: quū
ex altera parte reſp. manū īiiceret: ex altera tua illū dextra
traheret: & illa ut ſacroſanctus eſſe uellet: exigeret. Tu exilium īdice
res: adeo blando uteris imperio: quod is ſuppliciū honori prætulit:
admirabile ē opus tuum ſed quod ſequitur aliquanto laudabilius.

r Ecognoſce enim quouſq; Volumnii cōſtantem erga amicū
ſuum caritatē: ſine ulla reip. iniuria euexeris: qui ortus eqſtri
loco: quomodo Marcum Lucullū familiariter coluiſſet: eumq; Mar/
cus Antonius quod Bruti & Caſſii partes ſecutus fuerat: īteremiſſet
ī magna fugiendi licentia exanimi amico adheſit hucuſq; in lachry/
mas & gemitus profuſus ut nimia pietate cauſam ſibi mortis arceſſe
ret. Nam propter præcipuam & pſeuerantem lamētationem ad An
tonium ptractus ē: cuius poſtquam in conſpectu ſtedit. Iube me
inquit impator protinus ad Luculli corpus ductum occidi. Neque

2009 Ministerio de Cultura

enim abſũpto illo ſupereſſe debeo: cũ ei iſelicis militiæ auctor extite/
rim. Quid hac fidelius beniuolẽtia? mortẽ amici hoſtis odio leuauit: uitã ſuã conſilii crimine aſtrinxit: quoque illum miſerabiliorẽ redderet: ſe fecit iuiſiorẽ: nec difficiles Antonii aures habuit: ductuſq; quo uoluerat: Luculli dexterã auide oſculatus. caput quod abſciſſum iacebat: ſublatũ pectori ſuo applicauit: ac deinde demiſſã ceruicẽ uictoris gladio præbuit.

De Theſeo & Pirithoo.

l Oquatur Græcia nefandis Theſea Pirithoi amoribus ſubſcribẽtem Ditis ſe patris regnis cõmiſiſſe: nam uani ẽ illud narrare: ſtulti credere: mixtũ cruorem amicoꝶ & uulueribus ĩnexa uulnera: mortemq; morti inhærentẽ uidere: Hæc ſunt uera romanæ amiciciæ indicia: illa gentis ad fingendũ paratæ monſtro ſimilia mẽdacia.

De Lucio Petronio.

l Vcius quoq; Petronius huiuſce laudis cõſortionem merito uẽdicat. pari enim inclytæ amiciciæ auſu par gloriæ portio aſſerẽda eſt: admodũ humili loco natus ad equeſtrem ordinẽ & ſplẽdidæ militiæ ſtipẽdia Publii Celii beneficio peruenerat. cui gratum animũ quia ĩ materia læta exhibere nõ contigerat: ĩ ea quã iniquã fortunã eſſe uoluit: cũ multa fide præſtitit: erat ab Octauio conſule Placẽtiæ præpoſitus Celius: qua cumano exercitu capta & ſenior iã & graui ualitudine affectus: ne ĩ poteſtatem hoſtiũ ueniret: ad auxilium dextræ Petronii confugit: quẽ is ab incœpto conſilio fruſtra conatus abſtrahere: in iiſdẽ perſeuerãtem precibus interemit: cædique eius ſuã iunxit: ne eo iacente per quẽ omnia dignitatis incrementa aſſecutus fuerat: ſupereſſet. Ita alterius fato uerecundia: alterius pietas cauſã præbuit.

De Seruio Terentio.

i Vngendus ẽ Petronio Seruius Terentius: quãquam ei ſicut cupierat pro amico ſuo perire nõ contigit: Incœpto nãq; egregio opere nõ irrito euentu æſtimari debet: quia quantũ in illo fuit & ipſe extinctus ẽ & D. Brutus periculũ euaſit mortis: qui fugiens a Mutina ut ad ſe interficiẽdũ ab Antonio miſſos equites adueniſſe cognouit: quodã ĩ loco iuſtæ pœnæ debitũ ſpiritũ tenebris furari conabatur: eoq; iã facta irruptione Terentius fideli mẽdacio obſcuritate ipſa ſuffragante Brutũ ſe eſſe ſimulauit: & corpus ſuũ trucidãdum equitibus obiecit. Veꝶ cognitus a Furio cui brutianæ ultionis officiũ mãdatum fuerat: nece ſua amici ſupplicium diſcutere nõ potuit: ſic



2009 Ministerio de Cultura

ſiuitus fortuna cogēte uixit. De Decimo Lællio & .M. Agrippa.

a B hoc horrido & triſti pertinacis amiciciæ: ad lætum ſerenū uultū tranſeamus atq; inde eā euocatā ubi omnia lachrymis gemitu: cædibus fuerant referta: in eo quo dignior ē felicitatis domicilio collocemus gratia honore abundantiſſimiſque opibus. fulgente orire igitur ab illa que ſanctorum umbris dicata eſſe credit̄ ſede: hīc Decimi Lællii: illinc .M. Agrippa alterum uirorum: alterū deorū maximum amicum & certa mente & ſecundis omnibus ſortiti: totūq; beatæ turbæ gregem qui ueſtro ductu uenerāda ſincæræ fidei ſtipendia laudibus & præmiis onuſtus peregit in lucem uobiſcū ꝓtrahite: ueſtros enim cōſtantes animos: ueſtra ſtrenua miniſteria: ueſtrā inexpugnabilem taciturnitatem: ꝓ que dignitate & ſalute amicorum perpetuam excubationē teſtatiorem beniuolentiam: & rurſus harū rerum uberrimos fructus poſterior intuens ætas ī excolēdo iure amiciciæ quam libētius quam etiam religioſius erat operata. Hæret animus in domeſticis: ſed aliena quoq; benefacta referre romanæ urbis candor hortatur. Externa.

d Amon & Pythias pythagoricæ prudētiæ ſacris initiati: tam fidelem inter ſe amiciciā iunxerūt: ut quomodo alterū ex his Dionyſius ſyracuſanus interficere uellet: atq; is tempus ab eo quo priuſquā periret domū ꝓfectus res ſuas ordinaret: impetrauiſſet: alter uadē ſe pro reditu eius tyranno dare nō dubitauit. ſolutus erat piculo mortis: qui modo gladio ceruices ſubiectas habuerat: eidemque caput ſuum ſubiecerat: cui ſecuro uiuere licebat. Igitur omnes & in primis Dionyſius nouæ atq; ancipitis rei exitū ſpeculabāt̄: appropinquāte deīde finita die: nec illo r̄deūte unuſq; ſtulticiæ tā temerariū ſpōſorē dānabat. at is nihil ſe de amici cōſtātia metuere prædicabat: eodem autem momēto & hora a Dionyſio conſtituta qui eam acceperat: ſupuenit: admiratus āboꝝ animū tyrannus ſupplicium fidei remiſit. Inſuperq; eos rogauit: ut ſe in ſocietatem amiciciæ tertium ſodalicii gradum ultima culturū beniuolentia reciperēt. haſcine ſane uires amiciciæ: mortis cōtemptum īgenerare: uitæ dulcedinē extinguere: crudelitatē manſuefacere: odiū in amorem cōuertere: pœnam beneficio pēſare potuerūt: quibus pœne tantum uenerationis. quātum deorum immortalium cerimoniis debebat̄. Illis publica ſalus: iis priuata continetur: atque ut illarum ædes ſacra domicilia: harum

2009 Ministerio de Cultura

fida hominũ pectora: quaſi quodã ſancto ſpiritu referta tẽpla ſunt.

q Vod ita eſſe Rex Alexãder ſenſit Darii caſtris: ĩ qbus omnes neceſſarii eius erãt: potitus: Epheſtione gratiſſimo ſibi latus ſuũ tãgere ad eos alloquẽdos uenit: cuius aduẽtu mater Darii recreata humi proſtratũ caput erexit: Epheſtionẽque quia ei & ſtatura & forma præſtabat: more perſaꝝ adulata tãquã Alexãdrũ ſalutauit admonita deinde erroris p ſũmã trepidationẽ excuſationis uerba quærebat: cui Alexander nihil ẽ ĩquit: quod hoc nomine cõfũdaris. Nã & hic Alexander ẽ: utri prius gratulemur? qui hoc dicere uoluit. an cui audire contigit? maximi enim animi rex etiã totũ terrarũ orbem aut uictoriis aut ſpe complexus tã paucis uerbis ſe & ipſum cum comite ſuo partitus ẽ: O donum inclyte uocis danti pariter atque accipienti ſpecioſum.

De Pompeio.

q Vod priuatim quoque merito ueneror clariſſimi ac diſertiſſimi uiri promptiſſimã erga me beniuolẽtiã expertus: nec me tuo ne parũ cõueniat mihi Pompeium meũ iſtar eſſe Alexãdri: quũ illi Epheſtiõ ſuus alter fuerit Alexãder. Ego uero grauiſſimo crimini ſũ obnoxius cõſtantis & benignæ amiciciæ exempla. ſine ulla eius mẽtione tranſgreſſus cuius ĩ animo uelut in parentum amantiſſimorũ pectore lætior uitæ meæ ſtatus uiguit. triſtior acquieuit. a quo omnium incrementa commodorum ultro oblata cepi: per quem tutior aduerſus caſus ſteti: qui ſtudia mea ductu & auſpiciis ſuis lucidiora & alacriora reddidit. Itaq̃ paui inuidiã quorũdam oprimi amici iacturã uidelicet quia fructu torſeram: non quidem meo merito gratiam meã quantacũq; cum iis fuit: qui ea uti uoluerant partitus. uerũ nulla tam modeſta felicitas eſt: quæ malignitatis dentes uitare poſſit: & quo ſeceſſu quoſdã fugeras: aut quibus infuſis miſericordiæ pmulſeris: nõ cohibebis: ne ut alienis malis perinde ac bonis ſuis lætẽt: ac geſtiant. diuites ſunt aliorũ iacturis: locupletes calamitatibus: ĩmortales funeribus: ſed illi quatenus alienis incõmodis ſuoꝝ adhuc expertes inſultẽt. Optima uindex inſolentiæ uarietas humanæ cõdicionis uiderit.

De liberalitate Cap. Octauum.

n Oſtrum opus pio egreſſu ad ꝓpriam rem prouectum ĩ ſuum ordinem reuocet: liberalitatiſque cõmemorationi uacemus. Cuius duo ſũt maxime probabiles fõtes: ueꝝ iudicium & honeſta beniuolẽtia: nam quomodo ab his

2009 Ministerio de Cultura

oritur: nunc demum eius ratio conſtat: dono autem ipſi gratiã & magnitudo quidẽ ſua: ſed efficatiorem aliquanto oportunitas cõciliat.

De Fabio Maximo.

a Ccedit.n.pretio rei inæſtimabile momentum occaſionis quæ Fabium Maximum tot ante ſæcula ob paruã pecuniæ ſũmã erogatæ ad hoc uſq; tẽpus laudabilem fecit. Captiuos enim ab Hannibale interpoſita pactione nũmorꝝ receperat: qui quomodo a ſenatu non præſtarentᷣ miſſo in urbem filio: fundũ quem unicũ poſſidebat uændidit: eiuſq; pretium Hannibali ꝓtinus numerauit. Si ad calculos reuoceᷣt: paruũ utpote ſeptem iugeribus: & hoc in pupinia additis redactum: ſi animo prærogantis omni pecunia maius ſe.n.patrimonii quã patriã fidei inopẽ eſſe maluit. eo qdẽ maiore cũ cõmendatione quod proni ſtudii certius iudicium eſt ſupra uires niti quam uiribus ex facili uti. alter.n.quod poteſt præſtat: alter etiam pluſquã poteſt.

De Buſa.

i Taque eiuſdem tẽporis fœmina Buſa nomine regionis autem Apuliæ ditiſſima: merito quidem liberalitatis teſtimoniũ recepit: ſed excellentes opes ſuas fabianis rei familiaris anguſtiis non cõparauerit. Nam & ſi circa decem millia ciuiũ noſtrorꝝ cannenſis prælii reliquias benigniſſimæ inter canuſina mœnia alimẽtis ſuſtẽtauit: ſaluo tamen ſtatu fortunarum ſuarꝝ munificã ſe.P.R.præſtitit: Fabius in honorem patriæ paupertatem inopia mutauit.

De Quinto Conſidio.

i N Quinto quoq; Conſidio ſaluberrimi exempli nec ſine paruo ipſius fructu liberalitas annotata eſt: qui Catilinæ furore ita conſternata rep. ut ne a locupletibus quidẽ debitæ pecuniæ ꝓpter tumultum prætiis poſſeſſionum diminutis ſolui creditoribus poſſẽt: quomodo cẽties atq; quinquagies ſextertii ſũmã in fœnore haberet: neq; de ſorte quẽquam debitorũ ſuorꝝ: neq; de uſura appellari a ſuis paſſus eſt: quantũque in ipſo fuit amaritudinem publicæ cõfuſiõis priuata tranquillitate mitigauit: oportune mirificeq; teſtatus: ſe nũmorum ſuorum non ciuilis ſanguinis eſſe fœneratorẽ. Nam qui nũc præcipue negociatione delectanᷣt: quum pecuniam cruentam domũ rettulerint: quam improbando gaudio exultent: recognoſcent: ſi diligenter ſenatuſconſultum quo Conſidio gratiæ actæ ſunt: legere nõ faſtidierint.

De Populo Romano.

2009 Ministerio de Cultura

q Veri iã dudũ mecũ populus ro. uidetur: quod cũ ſingulorũ munificẽtiã conſecter: de ſua taceã: ad ſummã enim eius laudem pertinet. quẽ animũ regibus & urbibus & gentibus præſtiterit recognoſci: qa omne præclari facti decus crebra memoria ĩ ſeipſo reuireſcit.

a Siam bello captam Attalo regi muneris loco poſſidendã tribuit eo excelſius & ſpecioſius urbi noſtræ futuꝝ ĩperium credens: ſi ditiſſimã atq; amœniſſimã partẽ terraꝝ orbis ĩ beneficio quã ĩ fructu ſuo reponere maluiſſet: ipſa uictoria donũ felicius: qa multũ occupaſſe habere ĩuidiã potuit: tãtũ tribuiſſe gloria carere nõ potuit. illius uero romanæ: liberalitatis cæleſtẽ ſpiritũ nullæ litteræ ſatis dignis laudibus proſequũt.

De. T. Q. Flaminio.

p Hilippo enim macedoniæ rege ſuperato: quum ad id tã inſigne ſpectaculũ tota Græcia cõueniſſet. T. Quintus Flaminius tubæ ſigno ſilentio facto per præconẽ hæc uerba recitari iuſſit. S. P. Q. R. & Quintus Flaminius ĩperator omnes Græciæ urbes quæ ſub dicione. Philippi regis fuerũt: liberas atq; immunes eſſe iubet. Quibus auditis maximo & inopinato gaudio homines perculſi primo ueluti nõ audiſſe ſe quæ audiuerũt: credentes obticuerũt. Iterata deĩde prænũciatione præconis tãta cælũ clamoris alacritate cõpleuerũt: ut certe cõſtet: aues quæ ſuperuolabãt: attonitas pauẽteſq; decidiſſe. magni animi fuiſſet a tot captiuoꝝ capitibus ſeruitutẽ detraxiſſe: quot tũc nobiliſſimis & opulẽtiſſimis urbibus populus ro. libertatẽ largitus ẽ. ad cuius maieſtatẽ ꝑtinet nõ ſolũ quod ipſe benigne tribuit: ſed etiam quod alio tribuente ſenſit commemorari: ut enim illic commemoratæ: ita hic redditæ laudis commendatio eſt.

De Hierone Syracuſano. Externa.

h Iero ſyracuſanorum rex audita clade qua romani apud Trãſimenum lacũ afflicti erant trecenta millia modiorũ tritici. ducẽta hordei: auriq; ducẽta & quinquaginta pondo urbi noſtræ ꝓ munere miſit. nec ignarus uerecundiæ maioꝝ noſtrorũ ne nollent accipere: in habitum id uictoriæ firmauit: ut eos religione motos munificentia ſua uti cogeret uolũtate mittẽdi prius: Iteꝝ prouidẽtia cauẽdi ne remitteret liberalis.

De Agrigentino Caſſio.

ſ Vbnectam huic Agrigentinum Gilliam: quem ꝓpemodum

2009 Ministerio de Cultura

ipſius liberalitatis præcordia conſtat habuiſſe . erat enim opibus excellens: ſed multo etiam animo quam diuitiis locupletior: ſempq; in eroganda potius quã in contrahenda pecunia occupatus: adeo ut domus eius quaſi quædam munificentiæ officina crederet. illinc.n. publicis uſibus apta monumenta extruebant. illinc grata populi oculis ſpectacula edebant. illinc epularum magnifici apparatus libẽtiq; animo annonæ ſubſidia tribuebant: & quũ hæc uniuerſis priuatim alimenta inopia laborantibus: dotes uirginibus: pauptate preſſis ſubſidia detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabant. hoſpites quoq; tum urbanis penatibus tũ etiã ruſticis tectis benigniſſime excepti: uariis muneribus ornati dimittebant. Quodam uero tempore quingentos ſimul gelenſium equites ui tẽpeſtatis in poſſeſſiões ſuas cõpulſos aluit: ac ueſtiuit. Quid multa? nõ mortalem aliquẽ: ſed ꝓpiciæ fortunæ benignum eſſe diceres ſinum. Ergo quod Gillias poſſidebat omniũ quaſi cõmune patrimoniũ erat. ꝓ cuius ſalute & incremẽtis tum Agrigentina ciuitas: tum etiã uicinæ regiones uotis excubabant. colloca e contraria pte arcas ĩexorabilibꝫ clauſtris obſeratas: nõne præſtantiorẽ aliquãto exiſtimes illã impẽſã quã hãc cuſtodiã.

Liber Quintus de humanitate.

l Iberalitatẽ quas aptiores comites quam humanitatẽ & clæmentiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt: quarum prima inopia: ꝓxima occupatione: tertia ãcipiti fortuna præſtat: cũq; neſcias quã maxime ꝓbes: eius tamẽ cõmendatio præurere uidetur: cuius nomen ex ipſo numine quæſitum eſt. Ante omnia tamen humaniſſima & clæmentiſſima ſenatus acta referã. Qui cũ carthaginenſium legati ad captiuos redimendos in urbem ueniſſent: ꝓtinus is nulla pecunia accepta reddidit: iuuenes numerũ duummillium & ſeptingentorum quadragintatrium explentes: tantum hoſtium exercitum dimiſſum: tantam pecuniam cõtemptã: tot punicis iniuriis ueniam datam: ipſos legatos obſtupuiſſe arbitror: ac ſecum dixiſſe. O munificentiam gentis Romanæ deoꝝ benignitati æquãdam. O etiã noſtram legationem ſupra uota felicem: nã beneficiũ quod nunquã dediſſemus: accepimus.

De Senatu Romano.

i Llud quoq; non paruæ humanitatis: ſenatus indicium eſt. Siphacem enim quondam opulentiſſimum Numidiæ regem

2009 Ministerio de Cultura

captiuum in cuſtodia Tiburi mortuum publico funere cenſuit effe/
rendum: ut uitæ dono honorem ſepulturæ adiiceret.

De Eiuſdem Senatus Clæmentia.

c Onſimiliq; clæmétia ĩ Perſa uſus ẽ: nã quum Albæ ĩ qua cu
ſtodiæ cauſa relegatus erat: deceſſiſſet: quæſtorẽ miſit: q eũ
publico funere efferret: ne reliquias regias iacere inhonoratas patere
tur: hoſtibus hæc: & miſeris: & fato functis officia regibus erogata:
illa amicis & felicibus & uiuis tributa ſunt.

De Eodem Senatu in Filium Maſiniſſæ.

c Onfecto macedonico bello Muſcanes Maſiniſſæ filius cũ eq
tibus quos ĩ præſidiũ romanoꝝ adduxerat: ab ĩpatore Paulo
ad patrẽ remiſſus tẽpeſtate claſſe diſperſa Brũduſiũ æger delatus ẽ:
quod ubi ſenatus agnouit: cõtinuo illo quæſtorẽ ire iuſſit. cuius cura
& hoſpitiũ adoleſcẽti expediret̃: & omnia quæ ad ualitudinẽ opus eſ
ſẽt præberẽt̃: ĩpenſæq; liberaliter tum ipſi: tũ toti comitatui præſtarẽ
tur: naues etiã ut ꝓſpicerẽt̃: qbus ipſe bene ac tuto cũ ſuis ĩ Africam
traiiceret̃: eqtibus ſingulas libras argẽti: & quĩgenos ſextertios dari ĩ
perauit: quæ tã prompta & tã exquiſita patrũ. C. humanitas efficer̃
potuit: ut etiã ſi expiraſſet adoleſcens æquiore animo deſyderiũ eius
pater toleraret.

De Eodem in Pruſiam.

i Dem ſenatus cũ ad gratulãdũ ſibi Pruſiã Bithyniæ regẽ Perſe
deuicto uenire audiſſet: obuiã illi. P. Corneliũ Scipionẽ quæ/
ſtorẽ Capuã miſit: cenſuitq; ut ei domus Romæ quã optima cõduce
ret̃. & copiæ nõ ſolũ ipſi ſed etiã comitibus eius publice præberẽt̃. In
eoq; excipiẽdo tota urbs unius humani amici uultũ habuit. Ita qui
amantiſſimus noſtri uenerat duplicata erga nos beniuolẽtia ĩ regnũ
ſuum reuerſus eſt.

De Eodẽ ĩ Ptolemæum.

n Ec Aegyptus quidẽ romanæ humanitatis expers fuit. Rex. n.
Ptolemæus a minore fratre regno ſpoliatus: petendi auxilii
gratia cũ paucis admodũ ſeruis ſqualore obſitus Romã uenerat: ac
ſe ĩ hoſpitiũ alexandrini pictoris contulerat. Id poſtq̃ ſenatui relatũ
ẽ accerſito iuuene quã potuit accurata excuſatione uſus ẽ: quod nec
quæſtorẽ illi more maiorum obuiam miſiſſet: nec publico hoſpitio
eũ excepiſſet: eaq; non ſua negligentia: ſed ipſius ſubito & clandeſti
no aduentu facta dixit: & illum e curia ſubito ad publicos penates
deduxit; hortatuſque eſt: ut depoſitis ſordibus adeundi ipſius diem

2009 Ministerio de Cultura

l

peteret: quin etiã curæ habuit uti munera ei per quæſtorẽ quotidie darentur: his gradibus officiorũ iacentẽ ad regium faſtigium euexit: fecitq;: ut plus ſpei in auxilio. P. R. quã metus ĩ ſua fortuna reponeret.

De. L. Cornelio.

a Tque ut ab uniuerſis patribus. C. ad ſingulos ueniã. L. Cornelius conſul primo punico bello: cum Olbiam oppidum cepiſſet: ꝓ quo fortiſſime pugnãs Hãno dux carthaginenſium occiderat: corpus eius e tabernaculo ſuo amplo funere extulit: nec dubitauit hoſtis exequias ipſe celebrare: eã demũ uictoriam & apud deos & apud homines minimũ inuidiæ habituram credens: quæ plurimũ humanitatis habuiſſet.

De Quinto Criſpino.

q Vid de. Q. Criſpino loquar? cuius humanitatẽ potẽtiſſimi affectus ira atq; gloria quatere non potuerũt. Badium cãpanum & hoſpitio benigniſſime domi ſuæ exceperat: & aduerſa ualitudine correptum attentiſſima cura recreauerat: a quo poſt illã nefariam campanorũ defectionem in acie ad pugnam prouocatus: cũ & uiribus corporis & animi uirtutibus aliquanto eſſet ſuperior: monere ingratũ quam uincere maluit. nam quid agis inquit demẽs? aut quo te praua cupiditas tranſuerſum rapit? parum habes publica impietate furere: niſi etiam priuata lapſus fueris: unus tibi romanorũ uidelicet Quintius placet: in quo ſceleſta exerceas arma: cuius penatibus & honoris uiciſſitudinem & ſalutem tuam debes: at me fœdus amiciciæ diiq; hoſpitales ſancta noſtro ſanguini ueſtris pectoribus uilia pignora hoſtili certamine congredi tecum uetant: quin etiam ſi in cõcurſu exercituum fortuito umbonis mei impulſu proſtratum agnouiſſem: applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocaſſe: tuum ergo crimem ſit: hoſpitem occidere uoluiſſe: meum non eris hoſpes occiſus. ꝓinde aliam qua occidas dexteram quære: quoniam mea te ſeruare didicit dedit utriq; cæleſte numen debitum exitum: ſiquidẽ in eo prælio Badius obtruncatus eſt. Quintius inſigni pugna clarus euaſit.

De. M. Marcello.

a Ge Marci Marcelli clæmentia. quam clarum quãq; memorabile exemplũ haberi debet: qui captis a ſe ſyracuſis ĩ arce earũ conſtitit: ut urbis modo opulentiſſimæ tũc afflictæ fortunam exalto cerneret. Cæterum caſum eius lugubrem intuẽs fletum cohibere nõ potuit: quẽ ſiquis ignarus uir aſpexiſſet: alterius uictoriã credidiſſet.

2009 Ministerio de Cultura

Itaq; Syracuſana ciuitas maxima clade tua aliqd admixtū gratulati onis habuiſti: qa ſi tibi īcolumi ſtare fas nō erat. leuiter ſub tā māſu eto uictore cecidiſti. De. Q. Metello.

q Vintus uero Metellus celtibericū ī Hiſpania gerēs bellū quū urbē Centobricā obſideret: & iam admota machina partem muri: quæ ſola conuelli poterat: diſiecturus uideret: humanitatē pro pinquæ uictoriæ prætulit: Nā cū Rethogenis filios qui ad eū tranſie rat: Centobricēſes machinæ ictibus obieciſſent: ne pueri ī conſpectu patris crudelis genere mortis cōſumerent: quanq̄ ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento: quo minus etiā p exitū ſāguinis ſui expu gnationē pageret: ab obſidione diſceſſit. Quo qdē tā clæmēti facto & ſi nō unius ciuitatis mœnia omniū tamē celtiberaꝝ urbiū animos ce pit: effecitq;: ut ad redigēdas eas ī dicionē populi ro. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet. De Priore Africano.

a Fricani quoq; poſterioris humanitas ſpecioſe lateque patuit: Expugnata enī Carthagine circa Siciliæ ciuitates litteras miſit: ut ornamēta tēplorū ſuoꝝ a pœnis rapta per legatos recuperarēt. Inq; priſtinis ſedibus reponenda curarēt: Beneficiū diis atq; homini bus pariter acceptum. De Eodem.

h Vic facto par eiuſdē uiri humaītas a quæſtore ſuo haſtæ ſub iectos captiuos uēdente: puer eximiæ formæ & liberalis habi tus miſſus ē: de quo cū exploraſſet numidam eſſe: orbū relictum a patre educatū apud auunculū Maſiniſſam eo ignorāte īmaturā ad uerſus romanos īgreſſū militiam: & errori illius ueniā dandā: & ami ciciæ regis fidiſſimi populo ro. debitā uenerationē tribuendā exiſti mauit. Itaq; puerū anulo fibulaq; aurea & tunica laticlauia hiſpano que ſagulo & ornato equo donatum: datis qui eū proſequerent eqti bus ad Maſiniſſam remiſit: eos uictoriæ maximos fructus ratus diis & templorum ornamenta romanos regibus ſanguinem ſuum reſti tuere. De. L. Paulo.

l Vcii etiā Pauli in tali genere laudis memoria apprehēdenda ē: qui cum Perſem parui tēporis momento captiuum ex rege ad ſe adduci audiſſet: occurrit ei romani imperii decoratus ornamen tis conatūq; ad genua procūbere dextra manu alleuauit ſermoneque grato ad ſpem exhortatus ē: introductū etiam ī tabernaculū lateri ſuo proximum ī conſilio ſedere fecit: nec honorē menſæ indignum

2009 Ministerio de Cultura

iudicauit. proponatᷣ in cõſpicuo acies qua ꝓſtratus eſt Perſes & harꝝ rerũ quas rettuli contextus: utro magis ſpectaculo delectentᷣ hoĩes dubitabunt: nam ſi egregiũ eſt hoſtẽ abiicere: non minus tamen lau dabile infelicis ſcire miſereri. De. Cn. Pompeio.

h Aec. L. Pauli humanitas admonet me: ne de. Cn. Põpeii clæ/ mentia taceam. Regem Armeniæ Tigranem: qui & ꝑ ſe ma/ gna cũ populo Ro. bella geſſerat: & infeſtiſſimũ urbi noſtræ Mithri datẽ ponto Pulſum uiribus ſuis ꝓtexerat: in cõſpectu ſuo diutius ia cere ſupplicem paſſus nõ eſt: ſed benignis uerbis recreatũ diadema quod abiecerat: capiti reponere iuſſit: certiſq; rebus imperatis in pri ſtinum fortunæ habitum reſtituit: æque pulchrum eſſe iudicans & uincere reges & facere. De. Cn. Pompeio.

q Vam præclarum tributæ humanitatis ſpecimẽ. Cn. Põpeius quam miſerabile deſiderate idem euaſit exemplũ. nam qui tigranis tempora inſigni regio texerat: eius caput tribus coronis triũ phalibus ſpoliatum in ſuo modo terrarum orbe nuſquã ſepulturæ locum habuit: ſed abſciſſum a corpore inops: rogi nefariũ ægyptiæ perfidiæ portatum munus eſt: etiam ipſi uictori miſerabile. ut enim id Cæſar aſpexit oblitus hoſtis ſoceri uultum induit: ac Pompeio tũ ꝓprias tum etiã filiæ ſuæ lachrymas reddidit. Caput etiam plurimis & ſpecioſiſſimis odoribus cremandum curauit. quod ſi non tam mã ſuetus animus diuini principis extitiſſet pauloante Romani imperii columẽ habitũ: ſic mortaliũ negotia fortũa uerſat: ĩhumatũ iacuiſſet De Cæſare.

c Atonis quoq; morte audita: & ſe inuidere illius gloriæ: & illũ ſuæ inuidiſſe dixit. patrimoniumq; eius liberis ipſius incolu/ me ſeruauit & Hercule diuinoꝝ Cæſaris operum nõ parua pars Ca/ tonis ſalus fuiſſet. De. M. Antonio &. M. Bruto.

m Arci autẽ Antonii animus talis humanitatis intellectu non caruit. M. enim Bruti corpus liberto ſuo ſepeliendum tradi dit: quoq; honoratius cremaretᷣ: iniici ei ſuum paludamentum iuſſit iacentem non hoſtem: ſed ciuem depoſito exiſtimans odio. cunque interceptum a liberto paludamentum comperiſſet: ira percitus pro/ tinus in eum animaduertit: hac ante præfatione uſus. Quid tu igno raſti cuius tibi uiri ſepulturam cõmiſerim? fortem piamque eius uic toriam philippicam libẽter dii uiderũt: ſed ne iſta qdẽ generoſiſſimæ

ĩdignationis uerba ĩuiti audierũt. Externa de Alexandro.

c Ommemoratione romani exempli in Macædoniã deductus morũ Alexandri præconium facere cogor. cuius ut infinitam gloriam bellica uirtus ita præcipuum amorẽ clæmentia meruit. is dũ omnes gentes infatigabili curſu luſtrat: quodam loco niuali tempe/ ſtate oppreſſus ſenio iam confectũ militem macædonem nimio fri/ gore obſtupefactum ipſe ſublimi & propinqua igni ſede ſedens ani maduertit: factaq; non fortune ſed ætatis utriuſq; æſtimatione deſcẽ dit & illis manibus quibus opes Darii afflixerat: corpus frigore du/ plicatũ ĩ ſuam ſedem impoſuit: id ei ſalutare futurum ducẽs: quod apud perſas capitale extitiſſet ſolium regium occupaſſe. Quid ergo mirum eſt: ſi ſub eo duce tot annis militare iucundum ducebãt: cui gregarii militis incolumitas proprio faſtigio carior erat.

i Dem nõ hominũ ulli ſed naturæ fortunæq; cedẽs: quãq̃ uiolẽ tia morbi dilabebať: ĩ cubitũ tamẽ erectus: dexterã omnibus q eã cõtingere uellẽt: porrexit. Quis aũt illã oſculari nõ curaret: quæ iam fato oppreſſa maximi exercitus cõplexui humanitate quã ſpiri/ tu uiuidiore ſuffecit. De Piſiſtrato.

n On tã robuſti generis humanitas: ſed & ipſa tamẽ memoria proſequẽda Piſiſtrati atheniẽſium tyrãni narrabiť. Qui cum adoleſcens quidã amore filiæ eius uirginis accenſus: in publico obuiã ſibi factã oſculatus eſſet: hortante uxore ut ab eo capitale ſuppliciũ ſumeret: reſpondit. ſi eos qui nos amãt ĩterficiemus: qd iis faciemus quib; odio ſumus: minime digna uox cui adiciať eã ex tyrãniore de humanitate manaſſe: ĩ hunc modũ filiæ ĩiuriam tulit: ſua multo lau dabilius. De Thraſippo.

a Thraſippo amico inter cœnã ſine fine conuicio laceratus: ita & animũ & uocẽ ab ira cohibuit: ut putares ſatellitẽ a tyrãno male audire: abeũtem quoq; ueritus ne propter metũ maturius ſe cõ uiuio ſubtraheret: inuitatione familiari cœpit retinere. Thraſippus concitatæ temulentiæ ĩpetu euectus os eius ſputo reſperſit: nec tamẽ ĩ uindictã ſui ualuit accendere. ille uero etiã filios ſuos uiolatæ patris maieſtati ſubuenire cupientes retraxit. Poſtero quoq; die Traſippo ſuppliciũ a ſe uolũtaria morte exigere: uolenti uenit ad eũ: dataq; fi/ de ĩ eodem gradu amiciciæ mãſurũ ab incœpto reuocauit. Si nihil ali ud dignũ honore memoriæ geſſiſſet: his tamẽ factis abũde ſe poſte/



2009 Ministerio de Cultura

ritati cõmendaſſet. De Pyrrho Rege.

e Que mitis animus Pyrrhi regis audierat apud quoſdã in cõ uiuio tarentinoꝝ parum honoratum de ſe ſermonẽ habitũ: accerſitos qui ei interfuerunt: pconctabat̃: an ea quæ ad aures eius peruenerant: dixiſſent. Tum ex his unus inquit niſi nobis uinũ defeciſſet: iſta quæ tibi relata ſũt præ his quæ de te locuturi eramus: luſus ac iocus fuiſſet: tam urbana crapulæ excuſatio: tamq; ſimplex ueritatis cõfeſſio iram regis cõuertit in riſum: Qua quidẽ clæmẽtia & moderatione aſſecutus eſt: ut & ſobrii ſibi tarẽtini gratias agerẽt: & ebrii bene precarentur. De Eodem Pyrrho.

a B eadem altitudine humanitatis legatis romanoꝝ ad redimẽdos captiuos caſtra ſua petentibus: quo tutius uenirẽt Lyconem moloſſũ obuiam miſit: quo honoratius exciperẽt̃: ipſe cũ ornatu equitum extra portã occurrit: ſecũdaꝝ rerum prouentu nõ corruptus: ut officii ꝓſpectum in his deponeret: qui tum maxime armis cũ eo diſſidebant. De Antigono Rege.

c Vius tam mitis ingenii debitum fructum ultimo fati ſui tempore recepit: nam cũ diris auſpiciis argiuorum inuaſiſſet urbem: abſciſſumq; caput eius Altioneus Antigoni regis filius ad patrẽ propugnatorem laborans lætus uelut aliquot feliciſſimum uictoriæ opus attuliſſet: Antigonus correpto iuuene quod tãti uiri ſubitæ ruinæ immemor humanoꝝ caſuũ effuſo gaudio ĩſultaret: humo caput ſublatum gauſea qua uelatum caput ſuũ more macedonum habebat: texit: corporiq; Pyrrhi redditum honoratiſſime cremandum curauit: Quin etiam filium eius Helenum captiuũ ad ſe pertractũ & cultum & animum gerere regium iuſſit. oſſaque Pyrrhi ei aurea incluſa urna epirum in patriam ad Alexandrũ fratrẽ portanda dedit.

De Campanis.

c Ampani autem exercitum noſtrũ cũ conſulibus apud caudinas furcas ſub iugum a ſamnitibus miſſum nec inermem tãtum: ſed etiam nudum urbem ſuam intrantem: perĩde ac uictorem & ſpolia hoſtium præ ſe ferentẽ uenerabiliter exceperũt: protinuſq; conſulibus inſignia honoris: militibus ueſtẽ: arma æquos: cõmeatũ benigniſſime præſtando: & inopiam & deformitatem romanæ cladis mutarũt: quo animo ſi pro ĩperio noſtro aduerſus Hannibalẽ quoq; uſi fuiſſent: truculentis ſecuribus materiam ſæuiendi nõ præbuiſſẽt.

2009 Ministerio de Cultura

De Hannibale.

f Acta mētione acerrimi hoſtis māſuetudinis eius opib; : quā romano nomini præſtitit : locū qui iter manus ē : finiā. Hannibal. n. Aemilii Pauli apud cānas trucidati quæſitū corpus : quātū in ipſo fuit ĩhumatū iacere paſſus nō ē. De eodē Hannibale.

h Annibal Tiberiū Gracchum lucanorum circunuentum inſidiis cum ſummo honore ſepulturæ mandauit : & oſſa eius ĩ patriam portanda militibus noſtris tradidit.

h Annibal Marcū Marcellū ĩ agro brutio dū conatus pœnorū cupidius quā cōſyderatius ſpeculať : ĩteremptū legitimo iure extulit : punico quoq; ſagulo & corona donatū laurea rogo ĩpoſuit. ergo humanitatis dulcedo etiā ĩ efferata barbarorū ĩgenia penetrat : orboſque & truces hoſtiū mollit oculos : ac uictoriæ ĩſolētiſſimos ſpiritus flectit : nec illi arduum ac difficile ē inter arma cōtraria iter diſtrictos cōminus mucrones placidū iter reperire : uincit irā : ꝓſternit odiū hoſtilemq; ſanguinē hoſtilibus lachrymis ꝑmiſcet : atq; etiā admirabilē Hannibalis uocē : pro funeribus romanoꝝ ducū arbitria ſtatuentis expreſſit : quia aliquāto ei plus gloriæ Paulus & Gracchus & Marcellus ſepulti quā oppreſſi attulerūt : ſiquidem illos punico actu decepit : romana māſuetudine honorauit : uoſque fortes ac piæ umbræ nō pœnitēdas ſortiti eſtis exequias : nā ut optabilius ĩ patria ita ſpecioſius pro patria collapſæ : ſupremi officii decus ĩ felicitate amiſſum uirtute recuperaſtis. De Gratis Capitulū Secūdum.

g Ratas uero animi ſignificationes & ingrata facta libuit oculis ſubiicere : ut uitio ac uirtuti iuſta mercæs æſtimationis ipſa cōparatione accederet. Sed quoniā contrario propoſito ſeſe diſtinxerūt noſtro quoq; ſtilo ſeparenť : prioreq; locum obtineat : qui laudē quā qui repræhenſionē merentur. De Senatu po. Ro. & Marco Coriolano.

a Tque ut a publicis actis ordiar Marcū patriā oppugnare conātem : admotoq; portis urbis ingenti uolſcoꝝ exercitu funus ac tenebras romano imperio minantē : Veturia mater ac Volumnia uxor nefarrium opus exequi precibus ſuis paſſe nō ſunt. in quarum honorē ſenatus matronarū ordinē benigniſſimis decretis adornauit : ſanxit nāq; ut fœminis ſemita uiri cederent : cōfeſſus plus ſalutis rei pub. ĩ ſtola quā ĩ armis fuiſſe : uetuſtiſque aurium ĩſignibus nouū



2009 Ministerio de Cultura

uitæ diſcrimẽ adiecit: pmiſit quoq; his purpurea ueſte & aureis uti ſegmentis: ſuper hoc ædem & arã fortunæ muliebri eo loco quo Coriolanus exoratus fuerat: faciendã curauit. memorẽ beneficii animũ ſuũ exquiſitæ religionis cultu teſtando.

De Fuluio & de Senatu Po. Ro.

q Vem ſecundi etiam belli punici tempore exhibuit: quũ etiã a Fuluio Capua obſideret: ac duæ campanæ mulieres beniuolẽtiam erga romanos dimittere ex animis noluiſſẽt: Veſtigia Opidia materfamilias: & Cluuia Facula meretrix: quarũ altera quotidie ꝓ ſalute noſtri exercitus ſacrificauit: altera captis militibus romanorum alimẽta ſubminiſtrare nõ deſtitit: urbe illa oppreſſa ſenatus iis & libertatẽ & bona reſtituit: & ſiquid amplius præmii petiſſent libẽter ſe datuꝝ aſſeuerauit: uacaſſe in tanto gaudio. P. C. duabus humilibus fœminis referre gratiam ne dum tam præ ſe tuliſſe mirãdum.

De Quintio & Minucio.

q Vid illa quoq; iuuentute romana gratius? quæ Quintio & Minucio cõſulibus ultro nomina ſua militari ſacramento obtulit: ut tuſculanis quoꝝ fines æquiculi occupauerant: præſidiũ ferrẽt: quia paucis ante menſibus cõſtantiſſime & fortiſſime imperium Romani populi defenderãt. Ergo quod auditu nouũ eſt: ne patriæ grata uolũtas ceſſaſſe uideret: exercitus ſe ipſe conſcripſit.

De Fabio Maximo.

m Agnum grati populi Ro. Specimen in Quinto Fabio Maximo enituit. Nã cũ quinq; cõſulatibus ſalubriter reip. adminiſtratis deceſſiſſet: certatim æs cõtulit: quo maior ac ſpecioſior eius funeris pompa duceret: eleuet aliquis præmia uirtutis: quũ aĩaduerterat fortes uiros fælicius ſepeliri: quam uiuere ignauos.

De Minucio Magiſtro Equitum.

f Abio autem etiam incolumi ſũma cũ gloria gratia relata eſt. dictatori. n. magiſter equitũ Minucius ſcito plebis: quod nũquã antea factum fuerat equatus: partito exercitu ſeparatim in ſamnio cũ Hannibale conflixerat: ubi temere inito certamine peſtiferũ habiturus exitum ſubſidio Fabii conſeruatus: & ipſe eũ patrem appellauit: & a legionib; ſuis patronũ ſalutari uoluit: ac depoſito æqualis imperii iugo: magiſterium equitũ: ſicut par erat: dictaturæ ſubiecit. Imprudentiſq; uulgi errorem gratæ mẽtis ſignificatione correxit.

2009 Ministerio de Cultura

q 9

De Terentio Culeo.

t Am hercle probabiliter quam Quintus Terentius culeo prætoria familia natus & inter paucos ſenatorii ſplendidus ordinis optime exemplo. Africani ſuperioris currũ triũphantis quia captus a carthaginẽſibus ab eo fuerat recuperatus: pileũ capite gerẽs ſecutus eſt: auctori enim libertatis ſue tanquã patrono accepti beneficii confeſſionem Spectante populo romano merito reddidit.

De Philippo Rege & De Flaminio.

a T Flaminii de Philippo rege triumphãtis currũ nõ unus ſed duo millia ciuiũ romanorũ pileata: comitata ſũt: quæ his punicis bellis intercepta & in Grætia ſeruientia cura ſua collecta ĩ priſtinũ gradũ reſtituerat: geminum ea re decus imperatoris: a quo ſimul & deuicti hoſtes & cõſeruati ciues ſpectaculũ patriæ præbuerũt. Illoꝝ quoq; ſalus dupliciter omnibus accepta fuit: & quia tã multi & quia tam grati exoptatum libertatis ſtatum recuperauerunt.

De Metello.

m Etellus uero pius ptinaci erga patrẽ exulẽ amore: tã clarum lachrymis quã alii uictoriis cognomẽ aſſecutus nõ dubitauit cõſul pro Quintio Calidio prætore cãdidato ſupplicare populo: quod tribunus plebis legẽ qua pater ĩ ciuitatẽ reſtitueret: tulerat. qn etiã patronũ eũ domus & familiæ ſuæ ſẽper dictitauit. Hec hac re de pricipatu quẽ proculdubio obtinebat: qcquã decerpſit: quia nõ humili ſed grato animo: longe inferioris hominis maximo merito eximiã ſubmittebat dignitatẽ.

De Mario.

n Am. C. quidẽ Marii nõ ſolũ præcipuus ſed etiã præpotẽs gratæ mẽtis fuit impetus. duas etiam Camertiũ cohortes mira uirtute uim cimbroꝝ ſuſtinẽtes ĩ ipſa acie aduerſus condicionẽ fœderis ciuitate donauit: quod qdem factũ & uere & egregie excuſauit dicendo inter armorũ ſtrepitũ uerba ſe iuris ciuilis exaudire nõ potuiſſe Et ſane id tẽpus tuuc erat: quo magis defendere quã audire leges oportebat.

De Lucio Scylla.

e Marii ueſtigia ubiq;. L. Scylla certamĩe laudis ſubſequit. dictator enim priuato Pompeio & caput adoperuit: & ſella aſſurrexit: Et equo deſcendit: eaq; ſe libenter facere ĩ concione prædicauit: memor ab eo duo de uiginti annis nato: partes ſuas exercitu paterno adiutas: multa ĩſignia Pompeio: ſed neſcio an hoc quicquam



2009 Ministerio de Cultura

admirabilius contigerit: quod magnitudine beneficii ſui Scyllam ob liuiſci coegit.

ſ It aliquis in ſummo ſplendore etiam ſordibꝫ gratis locus Marco Cornuto prætore funus Hircii & Panſæ iuſſu ſenatus locante: qui tunc libitinam exercebāt: tum rerꝫ ſuarꝫ uſum: tum miniſterium ſuū gratuitū polliciti ſunt. quia ii ꝓ rep. dimicantes occiderant: pſeuerantiq; poſtulatione excuderūt: ut exequiarꝫ apparatus ſextertio nūmo ipſis præbentibus adduceret: quorum laudē adiecta lege conditio auget magis quā extenuat: quoniam quidem quæſtū contempſerunt nulli alii rei quam quæſtui uiuentes.

p Ace cinerum ſuorꝫ reges gentium exterrarꝫ ſecundum hunc tam contemptum gregem referri ſe patient: qui aut nō attingendus: aut non niſi in ultima parte domeſticorꝫ exemplorꝫ collocandus fuit. Sed honeſti actus etiam ab infimis ſunt æditi memoria nō intercidant: licet ſeparatum locum obtineant: ut nec his adiecti: nec illis prælati uideantur. De Dario Externa.

d Arius priuatæ adhuc fortunæ amiculo Silophontis ſamii delectatus curioſa contēplatione fecit: ultro ſibi & quidē a cupido daret. Cuius muneris quā grata æſtimatio animo eius eſſet allapſa: regno potius oſtendit. totam nanq; urbem & inſulam ſamiorꝫ Silophonti fruendam tradidit. Non. n. pretium rei æſtimatum: ſed occaſio liberalitatis eſt honorata: magiſq; a quo donum ꝓficiſceret: quam ad quem perueniret: ꝑuiſum.

De Mithridate.

m Ithridates quoq; rex magnifice gratus apparuit: quoniā pro leonico acerrimo defenſore ſalutis ſuæ a Rhodiis nauali pugna excepto omnes hoſtium captiuos permutauit: ſanctius eſſe exiſtimans ab iuiſiſſimis circūueniri: quā benemerito gratiā nō referre.

De Attalo rege.

l Iberalis populus ro. magnitudine muneris: quod Attalo regi Aſiam dedit dono: ſed Attalus teſtamenti æquitate gratus: q eandem Aſiam populo Ro. legauit. Itaq; nec huius munificētia: nec illius tam memor beneficii animus tot uerbis laudari poteſt: quod ampliſſimæ ciuitates uel amicæ datæ uel pie redditæ ſūt.

De Maſiniſſa rege.

c Aeterum neſcio an præcipuæ Maſiniſſæ regis pectus grati ani

2009 Ministerio de Cultura

mi cum pignoribus fuerit refertum :beneficio enim Scipionis &
perſuaſu regni modo liberius auctus memoriā inclyti muneris ad
ultimū uitæ finē:longa etiā a diis immortalibus ſenectute donatus
cōſtātiſſima fide perduxit:adeo ut eum nō ſolum Africa:ſed etiam
cunctæ gentes ſcirent amiciorē corneliæ familiæ atque urbi romanæ
quam ſibimet ſemp̄ fuiſſe.ille quum graui carthaginenſium bello
premeretur:ac uix tutelæ ſuæ imperii ſufficere.tamē Scipioni Aemi
liano:quia nepos Africani erat bonā magnamque partem numdici
exercitus quam Lucullo conſuli a quo ad auxilia petēda miſſus fue/
rat:in Hiſpania duceret promptiſſima mēte tradidit:præſentiq; pi/
culo reſpectū priſtini beneficii antepoſuit.

i Lle quum iā ætate deficiente magnas regni opes quattuor &
quinquagita filioꝝ numerū relinquēs ī lectulo laberet̄. Mar/
cū Maniliū q̄ procōſul Africam obtinebat litteris obſecrauit:ut ad ſe
Scipionē Aemilianū ſub eo tunc militantē mitteret: feliciorē mortē
ſuā futurā ratus ſi ī complexu dextræ eius ſupremū ſpiritū:ac man/
data poſuiſſet.ille aduētū Scipionis fatis ſuis præcurrētib; hæc uxo/
ri liberiſq; præceperat:unum ī terris populū ro. & unā ī populo ro.
Scipionis domum noſſe:ītegre omnia Aemiliano reſeruare: eū diui/
dēdi regni arbitrum habere:quod is ſtatuiſſet perinde ut teſtamēto
cautū īmutabile ac ſanctū obtinerēt.tot tāq; uariis rebus ſe Maſiniſ
ſa īfatigabili pietatis ſerie ad centeſimū extendit annum his & horū
ſimilibus exemplis beneficentia generis humani nutrit̄: atq; auget̄.
hæ ſunt eius faces:hi ſtimuli propter quos iuuādi & emerēdi cupidi
tate flagrat:Et ſane ampliſſimæ & ſpecioſiſſimæ diuitiæ ſūt feliciter
erogatis beneficiis late poſſe cēſeri:quorū quoniam religiorū cultum
inſtituimus:nūc neglectum ſuggilandi gratia:quo ſit gratior refere
mus.

De ingratis Capitulum.iii.

u Rbis noſtræ parentē Senatus ī ampliſſimo dignitatis
gradu ab eo collocatus ī curia lacerauit:nec duxit ne/
fas ei uitā adimere:q̄ æternū romano īpio ſpiritū īgene
rauerat.Rude nimirum illud & ferox ſæculum.quod
conditoris ſui cruore fœde demaculatum:ne ſumma quidem poſte
ritatis diſſimulare pietas poteſt.hunc ingratum lapſæ mentis errorē
conſentanea ciuitatis noſtræ pœnitentia ſequitur.

De Camillo.

2009 Ministerio de Cultura

l

u Irium romanoꝝ incremētū latiſſimū & tutela fortiſſima : Furius Camillus in urbe incolumitatem ſuam tueri non ualuit: cuius ipſe ſalutem ſtabilierat: fælicitatē auxerat: a Lucio. n. Apuleio. tr. pl. tanquā peculator Veiētanæ prædæ reus factus: duris: atq; ut ita dicā: ferreis ſententiis in exiliū miſſus eſt. Et quidē eo tēpore quo optimo iuuene filio ſpoliatus. ſolatiis magis aleuādus: quā cladibus onerandus erat: ſed īmemor patria tanti uiri maximoꝝ meritoꝝ exequiis fili damnationē patris iūxit: at īqt ærario abeſſe. tr. pl. quæ rebat̄ quindecim milia æris: tāti nāq; pœna finita ē. indignā ſummā ꝓpter quā. P. R. tali principe careret. De Scipione Africano.

p Riore adhuc querela uibrāte alia deinceps exurgit. Africanus ſuperior nō ſolum contuſā & confractam belli punici armis remp. ſed pœne iam exanguem atq; morientē Carthaginis dominā reddidit: cuius clariſſima opera iniuriis penſando uici ignobilis eū: ac deſerte paludis accolam fecerūt: eiuſq; uolūtarii exilii acerbitatem nō tacitus ad īferos tulit: ſepulchro ſuo inſcribi iubendo: Ingrata patria ne oſſa quidē mea habes. Quid iſta aut neceſſitate īdignius aut querela iuſtius aut ultione moderatius? cineres ei ſuos negauit: quā in cineres collabi non fuerat paſſus. Igit̄ hanc unā Scipionis uindictam īngrati animi urbs Ro. ſenſit maiorem mehercle Coriolani uiolētia. Ille. n. metu patriam pulſauit: hic uerecūdia: dequa re nec queri quidem tanta ueræ pietatis conſtantia niſi poſt fata ſuſtinuit.

t Alia paſſo: credo quæ fratri eius acciderunt ſolatio eſſe potuerūt: cui rex Antiochus deuictus & alia imperio. P. R. adiecta ſpecioſiſſimuſq; triūphus ut peculatus reus fieret: Et in carcerē duci iuberet̄: cauſam præbuit. De Africano Poſteriore.

n Ihilo uirtute minor poſterior Africanus: ſed ne exitu quidē felicior: duabus. n. urbibus Numantia atq; Carthagine īperio Ro. imminētibus ex rerū natura depulſis raptorē ſpiritus domi īuenit: mortis punitorē ī foro nō repperit. De Scipione Naſica.

q Vis ignorat tantum laudis Scipionem Naſicam toga: quātū armis utrūq; Africanū meruiſſe? Qui peſtifera Tiberii Gracchi manu faucibus oppreſſam remp. ſtrangulari paſſus nō eſt. ſed is quoq; ꝓpter iniquiſſimam uirtutum ſuarū apud ciues æſtimationē ſub titulo legationis Pergamū ſeceſſit: Et quod uitæ ſuꝑfuit: ibi ſine

2009 Ministerio de Cultura

ſine ullo ĩgratæ patriæ deſiderio peregit. De Lentulo.

i N eodem nomine uerſor nec dũ Corneliæ gentis querelas ex hauſi. Nanq; Paulus Lentulus clariſſimus & amãtiſſimus rei pub. ciuis: cum ĩ aduenĩetũ Caii Gracchi nefarrios conatus & aciem pia ac forti pugna magnis uulneribus exceptus fugaſſet: prælii illius quo leges pace libertatẽq; ĩ ſuo ſtatu retinuerat: hanc mercædẽ tulit: ne ĩ noſtra quidem urbe moreretur. Siquidẽ ĩuidia obtrectatione cõ pulſus legatione a ſenatu libera impetrata habitaq; concione: qua a diis immortalibus petiit: ne unquam ad ingratum populum reuerte retur: in Siciliam profectus eſt: ibique perſeuerãter moderãdo com potem ſe uoti fecit. quinque igitur deinde Cornelii: totidem ſunt no tiſſima ingratæ patriæ exẽpla: atq; hoꝝ quidem ſeceſſus uoluntarii.

h Ala uero quum magiſtrũ eqtũ ſpuriũ meliũ regnũ affectãtẽ cecidiſſet: cuſtoditæ libertatis ciuiũ exilio ſuo pœnas pepẽdit

c Aeterũ ut Senatus populique mens ĩ modum ſubitæ tempe ſtatis concitata: Leni querela proſequẽda eſt: Ita ſingulorum ingrata facta liberiore indignatione proſcindenda ſunt: quia potẽtes conſilii cum utrunq; ratione perpendere liceret: ſcelus pietati prætu lerunt. De. C. Cæſare.

q Vo enim nimbo qua procella uerborũ impiũ Sextilii caput obrui meret: quod. C. Cæſarem a quo tum ſtudioſe tũ etiã feliciter grauiſſimi criminis reus defenſus fuerat: Cinnanæ proſcrip tionis tẽpore profugũ præſidium ſuum ĩ fundo tarqnĩeſi cladis con diciones ĩplorare: beneficii iura repetere coactũ a ſacris pfidæ mẽſæ & altaribus nefandorũ penatum auulſum truculento uictori iugulã dum tradere nõ exhorruit. finge accuſatorem eius: fortuna publica in ſupplicis nomẽ conuerſum tam luctuoſam illam opem genibus annixum oraſſe: crudeliter tamen repulſus uideretur: qui etiã quos iniuriæ inuiſos faciunt: gratioſos miſeriæ reddunt. Verum Sextilius nõ accuſatorem ſed patronum ſæuiſſimæ inimici uiolentiæ ſuis ma nibus obiecit: ſi metu mortis: uita indignus: ſi præmii ſpe morte di gniſſimus. De Marco Cicerone.

ſ Ed ut ad aliũ conſentaneum huic ingrati animi actũ trãſgre diar. M. Cicero. Cn. Popilium lenatẽ picenæ regionis: rogatu. Marci Cælii non minore cura quam eloquentia defendit. eũq; cau ſa admodum dubia fluctuantẽ ſaluũ ad penates ſuos remiſit. hic

2009 Ministerio de Cultura

l

Popilius poſtea nec rẽ nec uerbo a Cicerone læſus ultro Marcũ Antonium rogauit: ut ad illum proſcriptum perſequendũ & iugulandũ mitteret. Impetratiſq; deteſtabilis miniſterii ptibus gaudio exultans Caietam cucurrit & uirum omitto quod ampliſſimæ dignitatis certe ſalubritatis eius auctorem ſtudio præſtantis officii priuatim ſibi uenerandũ iugulum præbere iuſſit: ac protinus caput romanæ eloquẽtiæ: & pacis clariſſimam dexteram per ſũmum & ſecurũ otiũ amputauit: eaq; ſarcina tanquã opimis ſpoliis alacer in urbem reuerſus ẽ. neq;. n. ſceleſtum portanti onus ſuccurrit illud ſe caput ferre: quod pro capite eius quondã perorauerat. Inualidæ ad hoc monſtrũ ſuggilandũ litteræ/quoniam qui talẽ Ciceronis caſum ſatis digne deplorare poſſit: alius Cicero nõ extat.

De. Cn. Carbone.

q Vo te nunc modo magne Pompei attingam neſcio. Nam & amplitudinem fortunæ tuæ: quæ quondam omnes terras & omnia maria fulgore ſuo occupauerat: intueor: & ruinã eius maiorẽ eſſe: quã ut manu mea attentari debeat: memini. Sed tamen nobis quoq; tacentibus: Cn. Carbonis a quo admodũ adoleſcẽs de paternis bonis in foro dimicans protectus es: iuſſu tuo interempti mors animis hominum obuerſabit̃ nõ ſine aliqua reprehenſione: quia tã igrato facto plus. L. Scyllæ uiribus quã propriæ indulſiſti uerecũdiæ.

De Hannibale.

a T ne noſtra cõfeſſis alienigenæ urbes inſultẽt Carthaginẽſes Hannibalem qui pro illoꝶ incolumitate & uictoria tot imperatores totq; exercitus noſtros trucidauerat: quot gregarios milites hoſtiũ ſi occidiſſet: magnæ gloriæ foret: e cõſpectu ſuo ſubmouere ĩ animum induxerunt.

De Lycurgo.

n Eminem Lycurgo aut maiorem aut utiliorẽ uirũ lacædemõ genuit: utpote cui Apollo pythius oraculũ petenti reſpõdiſſe fert̃. neſcire ſe utrũ illum hominũ an deorum numero aggregaret. huic tamen neq; uitæ ſũma ſyncæritas: neq; conſtantiſſimus erga patriam amor: neq; leges ſalubriter excogitatæ auxilio eſſe potuerunt: quo minus ĩfeſtos ciues expiret: ſæpe. n. lapidibus petitus aliquãdo eiectus publico furor̃: ẽt priuatus oculo ad ultimũ ipſa patria pulſus ẽ. Quid aliæ faciẽt urbes ẽt ubi illa q̃ cõſtantiæ & moderatiõis & grauitatis ſibi laudem eximiam uendicat: tam ingrata aduerſus tam bene meritum extitit.

2009 Ministerio de Cultura

De Theſeo.

d Etrahe atheniēſibus Theſea nūllæ aut nō tam claræ Athenæ erunt. ſiquidē ille uicatim: diſperſos ciues ſuos ī ſuam unā urbem contraxit: ſeparatimq; & agreſti more uiuenti populo ampliſſimæ ciuitatis formā atque imaginē impoſuit. Idem ſcæua potētiſſimi regis Minois imperia uix dum ætate pubeſcēte reppulit. Idē effrænatā thebarū īſolentiā domuit. Idē opem liberis Herculis tulit: & qcquid ubiq; mōſtri aut ſceleris fuit: uirtute animi ac robore dextræ cōminuit: huius tamē ſummoti ab athenienſibus ſcyros exule minor īſula oſſa mortui cepit.

De Solone.

i Am Solon qui tam præclaras tanque utiles athenienſibus leges tulit: ut ſi is perpetuo uti uoluiſſent ſempiternū habituri fuerint imperiū: qui Salamina uelut hoſtilē arcem ex propinquo ſaluti eorū īminentē recuperauit. qui Piſiſtrati tyrannidē primus uidit orientē: Et ſolus armis opprimi debere: palam dictitare auſus ē: ſenectutē Cypri profugus exegit. neque ei in patria de qua optime meruerat: humari contigit.

De Milciade.

b Ene egiſſent athenienſes cū Milciade: ſi eū poſt trecenta millia perſarū Marathone deuicta ī exilium protinus miſiſſent. ac non ī carcere & uīculis mori coegiſſent. ut puto hactenus ſcæuire aduerſus optime meritum abunde duxerunt. Immo ne corpus qdē eius ſic expirare coacti ſepulturæ prius mandari paſſi ſūt: quam filius eius. Cimon eiſdem uinculis ſe conſtringendū traderet: hanc hæreditatē paternā maximi ducis filius & futurus ipſe ætatis ſuæ dux maximus ſolam ſecreuiſſe: catenas & carcerem gloriari potuit.

De Ariſtide.

a Riſtides etiā quo totius Græciæ iuſticia cenſetur continentiæ quoq; eximiū ſpecimen patria iuſſus excedere ē. felices Athenas quæ poſt illius exilium inuenire aliquem aut uirum bonum aut amantē ſui ciuem potuerunt: cum quo tunc ipſa ſanctitas migrauit.

De Themiſtocle.

t Hemiſtocles eorū qui īgratā patriam experti ſūt celeberrimū exemplum: quum illā incolumen: claram: opulentam principē Græciæ reddidiſſet: eo uſque ſenſit inimicam: ut ad Xerxis quem paulo ante deſtruxerat: non debitā ſibi miſericordiam perfugere neceſſe haberet.

De Phocione.

2009 Ministerio de Cultura

p Hocion uero his dotibus quæ ad pariendū hominem potētiſ
ſime iudicant̃: Clæmentia & liberalitate inſtructiſſimus non
tantū in eculeo ab athenienſibus impoſitus eſt: ſed certe poſt obitū
nullā atticæ regionis quæ oſſib; eius iniiceret̃: glebulā inuenit. Iuſſus
extra fines proiici: intra quos optimus ciuis uixerat quid abeſt igitur
quin publica clæmentia ſit exiſtimanda ſūmo conſēſu maximas uir
tutes quaſi grauiſſima delicta punire: beneficiaq; iniuriis repende
re: quod quū ubiq; tum præcipue Athenis intolerabile uideri debet.
in qua urbe aduerſus ingratos actio cōſtituta eſt: & recte: quia dādi
& accipiendi beneficii cōmertiū ſine quo uix uita hominū extat: per
dit: tollit & quiſquis benemerito parē referre gratiā negligit. Quātā
ergo reprehenſionem merent̃: qui cū æquiſſima iura: ſed iniquiſſima
haberent ingenia: moribus ſuis quā legibus uti maluerūt. Quod ſi
qua ꝓuidētia deoꝝ effici poſſet: Vt excellentiſſimi uiri quoꝝ modo
caſus rettuli: legem ingratorum uindicem retinētes patriam ſuam in
ius ad aliam ciuitatem pertraherēt: nōne ingenioſū & garrulū popu/
lū mutum atq; elinguem hac poſtulatione reddidiſſent: diſcordes ſo
ci tui paciſq; diuidua tuguria Græciæ facta ſunt columen. lucet Ma
rathon perſicis trophæis: Salamin & Artemiſium Xerxis naufragia
numerant̃: præualidis manibus ex hauſta mœnia pulchrioribus ope
ribus conſurgūt. harum reꝝ auctores: ubi uixerūt. ubi iacēt. reſpon
de. nempe Theſea paruulo in ſcopulo ſepeliri: & Milciadem i carcer̃
mori: & Cimona paternas induere catenas & Themiſtoclē uictorem
uicti hoſtis genua cōplecti. Solonēq; cū Ariſtide & Phociōe penates
ſuos īgrata fugere coegiſti. quū interim cineribus noſtris fœde ac mi
ſerabiliter diſperſis: Oedipodis oſſa cæde patris: nuptiis matris con/
taminata: iter ipſum Ariopagum diuini atq; humani certaminis ue/
nerabile domiciliū: & excelſis præſidiis Mineruæ arcē honore aræ de
coratos ſacroſanctiores colis: adeo tibi aliena mala tuis bonis gratio
ra ſunt. Lege itaq; legem: quæ te iureiurando obſtrictam tenet: & qa
benemeritis debita reddere præmia noluiſti: læſis iuſta piacula exol/
ue. Tacēt mutæ illoꝝ umbræ fati neceſſitate conſtrictæ. At immemo
res beneficioꝝ Athenæ reprehenſione: lingua: ſermone licēti ſoluta
non tacet. Sed omittamus ingratos: & potius de piis loquamur. Ali/
quando. n. ſatius ē fauorabili quam inuiſæ rei uacare. Venite igitur
ī manus noſtras ꝓſpa parētum uota: felicibus auſpiciis propagatæ

2009 Ministerio de Cultura

ſoboles: quæ efficitis: ut & genuiſſe iuuet: & generare libeat.

De pietate erga parẽtes: erga fratres: erga patriam. Cap. iiii.

c Oriolanus maximi uir animi & altiſſimi conſilii: optimeq; de rep. meritus iniqſſimæ damnationis ruina proſtratus ad uolſcos ĩfeſtos tũc romanis cõfugit: magno ubiq; prætio uirtus æſtimat̃: Itaq; quo latebras queſitum uenerat: ibi breuiſſime ſũmum adeptus ẽ ĩperium. Euenitq; ut quẽ pro ſe ſalutarẽ imperatorẽ ciues habere noluerãt: pæne peſtiferũ aduerſus ſe ducẽ experirent̃: frequenter enim fuſis exercitib9 noſtris uictoriarum ſuaꝝ gradibus aditum iuxta mœnia urbis uolſco militi ſtruxit. Quapropter faſtidioſus ille ĩ æſtimandis bonis ſuis populus qui reo nõ pepercerat: exuli coactus ẽ ſupplicare: miſſi ad eũ deprecãdum legati: nihil profecerũt. miſſi deĩde ſacerdotes cũ ĩfulis æque ſine effectu redierũt. ſtupebat Senatus. trepidabat populus uiri pariter & mulieres exitium ĩminens lamẽtabantur. Tunc Veturia Coriolani mater Volumniã uxorem eius & liberos ſecũ trahens caſtra uolſcoꝝ petiit: quã ubi filius aſpexit prope ut amẽs matris complexũ petiit. Illa ex precibus ĩ iram uerſa ait. Sine ut priuſquã cõplexũ accipiã: ſciam: an ad hoſtem an ad filiũ uenerim: captiua mater ne in caſtris tuis ſim. In hoc me longa uita & ĩfelix ſenecta traxit ut exulẽ deinde te hoſtẽ uiderẽ: potuiſti populari hanc terrã quæ te genuit: atq; aluit: niſi te peperiſſem: Roma nõ oppugnaret̃. multaq; inſuper addidit cõplorando. qbus & uxoris ac paruuloꝝ fletibus motus: matrẽ cõplexus Expugnaſti inquit & uiciſti iram meã. patriã precibus huius admotis cuius utero delatus ſum: quãuis merito mihi inuiſã. dono: cõtinuoq; agrum romanũ hoſtilibus armis liberauit. Ergo pectus acceptæ dolore ĩiuriæ: ſpe potiũdæ uictoriæ uerecũdia detrectãdi miniſterii: metu mortis refertũ totũ ſibi pietas uacuefecit: uniuſq; parentis aſpectus bellum atrox ſalutari pace mutauit.

De Superiore Africano.

e Adem pietas uiribus ſuis inflamatũ Africanũ ſuperiorẽ: Vix dũ annos pubertatis ĩgreſſum ad opem patri ĩ acie ferẽdã uirili robore armauit. cõſulem enim eũ apud Ticinũ fluuium aduerſis auſpiciis cũ Hannibale pugnantẽ ſauciũ grauiter ĩterceſſu ſuo ſeruauit: neq; illũ aut ætatis ĩfirmitas: aut militiæ tyrociniũ: aut ĩfelicis prælii etiã ueterano bellatori ꝑtimeſcẽdus exitus ĩterpellare ualuit:



2009 Ministerio de Cultura .

quo minus duplici gloria conſpicuus coronam imperatore ſimul & patre ex ipſa morte rapto mereret͂. auribus iſta tam præclara exẽpla. Ro. ciuitas accepit. illa uidit oculis. De. L Manilio Torquato.

l Vcio Manilio Torquato diem ad populũ Pomponius. tr. pl. dixerat: quod occaſione benefaciendi belli inductus obtinẽdi legitimũ imperii tempus exceſſiſſet: Quodq; filiũ optime indolis iuuenem ruſtico opere grauatum publicis uſibus ſubtraheret. Idque poſtquã Manilius adoleſcens cognouit: protinus urbem petiit: & ſe in Pomponii domum prima luce direxit: qui æſtimans in hoc eum ueniſſe, ut patris crimĩa a quo plus iuſto aſpere tractabat͂: deferret: excedere omnes iuſſit cubiculo. quo licentius remotis arbitris iudiciũ perageret: nactus occaſionem oportunam propoſito ſuo iuuenis: gladium quem tectum attulerat: diſtrinxit: tribunumq; minis ac terror͂ cõpulſum iurare coegit: a patris eius accuſatione receſſurum: eoq; effectum eſt: ne Torquatus cauſã diceret. cõmendabilis ẽ pietas: quæ manſuetis parentibus præſtatur: ſed Manilius quo horridiorem partem habuit: hoc piculo laudabilius ei ſubuenit: qui ad eũ diligendũ præter naturalẽ amorem: nullo indulgentiæ blandimento inuitatus fuerat. De Marco Cocta.

h Anc pietatẽ æmulatus Marcus Cocta eo ipſo die: quo togã ſumpſit uirilẽ: ꝓtinus ut e capitolio deſcẽdit. Cn. Carbonem a quo pater eius damnatus fuerat: poſtulauit: pertractumq; reũ iudicio afflixit. & ingeniũ & adoleſcentiam præclaro opere auſpicatus.

De. C. Flaminio.

a Pud. C. quoq; Flaminiũ auctoritas patria æq; potens fuit. Nã quũ. tr. pl. legẽ de gallico agro uiritim diuidendo inuito & repugnãte ſenatu ꝓmulgaſſet: precibus miniſq; eius acerrime r͂ſiſtẽs: ac ne exercitu quidẽ aduerſus ſe cõſcripto: ſi in eadẽ ſentẽtia perſeueraret abſterritus. poſtquã ꝓ roſtris ei legem iam referenti: pater manũ iniecit: priuato fractus imperio deſcẽdit e roſtris: ne minimo q̃dẽ murmure deſtitutæ concionis reprehenſus.

De Claudia uirgine ueſtali.

m Agna ſũt hæc uirilis pietatis opera. ſed neſcio: an his omnibꝫ ualentius & animoſius Claudiæ ueſtalis uirginis factũ. quæ quũ patrem ſuum triũphantem e curru uiolenta. tr. pl. manu detrahi animaduertiſſet. mira celeritate utriſq; ĩterponẽdo ſe: ampliſſimã

2009 Ministerio de Cultura

poteſtatē inimiciciis accenſam depulit. Igitur alterū triūphum pater ī capitoliū: Alterū filia ī ædem Veſtæ duxit: nec diſcerni potuit utri plus laudis tribueret: cui uictoria an cui pietas comes aderat. Ignoſcite uetuſtiſſimi foci: ueniamq; æterni date ignes: ſi a ueſtro ſacratiſſimo tēplo ad neceſſariū magiſq; ſpecioſum urbis locū contextus operis noſtri progreſſus fuerit: Nulla enim acerbitate fortunæ nullis ſordibus pretiū caræ pietatis euileſcit: quin etiā eo certius quo miſerius experimētum habet:

De amore filiæ erga matrem.

ſ Anguinis igenii mulierē prætor apud tribunal ſuū capitali crimine dānatam triumuiro ī carcere necandā tradidit: quo receptā is qui cuſtodiæ præerat miſericordia motus nō protinus eā ſtrāgulauit: aditū quoq; ad eā filiæ ſed diligēter excuſſæ: ne: quid cibi īferret dedit: exiſtimās futurū: ut inedia cōſumeretur. Quum autē iā dies plures ītercederent: ſecū ipſe quærens: qd nā eſſet. quod tam diu ſuſtētaret: curioſius obſeruata filia animaduertit illā exerto ubere famē matris lactis ſui ſubſidio lenientē. quæ tā admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad triumuirū: a triumuiro ad prætorē: a prætore ad cōſilium iudicū p lata remiſſionē pœnæ mulieri īpetrauit. Quo nō penetrat: aut quid nō excogitat pietas? quæ ī carcere ſeruandæ genitricis nouā rationē īuenit? Quid enim tā inuſitatum? quid tam inauditum? quā matrem uberibus natæ alitam eſſe? putauerit aliquis hoc cōtra rerum naturā factum: niſi diligere parentes prima naturæ lex eſſet.

De Rue erga Cimona patrem.

i Dem prædicatum de pietate Ruis exiſtimetur: quæ patrē ſuū Cimona conſimili fortuna affectum parique cuſtodiæ traditum iā ultimæ ſenectutis uelut īfantē pectori ſuo admotū aluit. Hærent: ac ſtupēt hominū oculi: quum huius facti pictā imaginem uident: caſuſque antiqui cōdicionē præſentis ſpectaculi admiratione renouant ī illis muris mēbrorum liniamentis uiua ac ſpirantia corpora intueri credentes: quod neceſſe eſt animo quoq; euenire aliquāto efficatiore pictura litterarum uetera pro recentibus admonitos recordari.

De Cimone erga patrem

n E te quidem Cimon ſilentio inuoluam: qui patri tuo ſepulturā uoluntariis uinculis emere nō dubitaſti. Nā & ſi maximo tibi poſtea & ciui & duci euadere cōtigit: plus tamē aliquāto laudis ī carcere: quā ī curia aſſecutus es. cæteræ. n. uirtutes admiratiōis



2009 Ministerio de Cultura

tantũmodo multum: pietas uero etiam amoris plurimũ meret.

De quibuſdam fratribus in Hiſpania natis.

u Os quoq; fratres memoria complectar: quoꝝ animus: origie fuit nobilior. Siquidẽ admodum humiles in Hiſpania nati pro parentum alimẽtis ſpiritum erogando ſpecioſo exitu uitæ incla/ruiſtis duodecim.n.millia nummũ quæ poſt mortẽ ueſtram his darent: a filiis Patietis pacti eſtis: ut eoꝝ patris interfectorẽ Epaſtum gentis ſuæ tyrannũ occideretis: nec auſi ſolum iſignie facinus eſtis: ſed etiã ſtrenuo ac forti exitu claruiſtis. Eiſdẽ.n.manibꝫ Patietis ultionẽ Epaſti pœnã genitoribꝫ nutrimẽta: uobis glorioſa fata pepiſtis. Itaq; tumulis ẽt nũc uiuitis: qa parentũ ſenectutẽ tueri quã ueſtram expectare ſatius eſſe duxiſtis.

De Cleobi & Bytone fratribus Amphinomo & Anapha.

n Otiora ſunt fratrũ paria Cleobis & Byton: Amphinomus: & Anaphas: illi qui ad ſacra Iunonis peragẽda matrẽ uexerũt: ii quod patrẽ & matrẽ humeris per medios ignes ætnæ portarunt: ſed neutris pro ſpiritu parentum expirare propoſitũ fuit. Nec ego argiuã detrecto laudẽ: aut ætnæ in montis gloriã iuolueri. ueꝝ obſcuriori pp ignorantiã pietati notitiæ lumẽ admoueo.

De Dario rege.

ſ Icut ſcythis libenter pietatis teſtimoniũ reddo. Dario.n.totis regni ſui uiribus i eoꝝ regionibus ſubinde ĩpetum faciẽti paulatim cedentes ad ultimas ſolitudines ꝑuenerant. Interrogati deinde ab eo ꝑ legatos quẽ fugiendi finẽ aut qđ initiũ pugnãdi facturi eſſẽt: reſponderũt. ſe nec urbes ullas nec agros cultos pro qbus dimicarẽt: habere. Cæteꝝ quũ ad parentũ ſuoꝝ monumẽta ueniſſent: ſciturum quẽadmodũ ſcythæ præliari: ſolerent. Quo qdem uno tã pio dicto imanis & Barbara gens: ab omni ſe feritatis crimine redemit. Prima igiť & optima reꝝ natura pietatis ẽ magiſtra: quæ nullo uocis mini/ſterio nullo uſu litteraꝝ indigẽs ꝓpriis ac tacitis uiribus caritatẽ pa/rentũ liberoꝝ pectoribus ĩfundit. Quid ergo doctrina ꝓficit: ut politiora: ſed nõ ut meliora fiant ingenia: quoniam qdem ſolida uirtus naſciť: magis quã fingiť. Quis.n.plauſtris uagos & ſiluarũ latebris corpora ſua tegentes imodumq; ferarũ laniatu pecudũ uiuentes ſic Dario reſpondere docuit.

De Filio Crœſi regis.

i Lla nimirum quæ etiam Crœſi filium loquendi uſu defectũ ad ꝓtegendam patris incolumitatẽ miniſterio uocis iſtruxit.

2009 Ministerio de Cultura

Captis.n.a Cyro ſardibus quū unus e numero pſaꝝ ignarus uiri in cædē eius cōcitato īpetu ferretꝰ:uelut oblitus qd ſibi naſcenti fortuna denegaſſet:ne Crœſū regē occideret:ꝓclamādo pœne iā īpraſſū mucronē iugulo reuocauit:Ita ut q ad id tēpus mutus ſibi uixerat:ſaluti parētis uocalis factus ē. De quodā iuuene dicto Plutone.

e Adē caritas italico bello Pinēſē iuuenē cui Plutoni erat cognomē:tāto animi corporiſq; robore armauit:ut quomō obſeſſæ urbis ſuæ clauſtris præſideret:& romanus īpator patrē eius captiuū ī cōſpetu ipſius cōſtitutū diſtrictis militū gladiis:circūdediſſet:occiſuꝝ ſe minitās:niſi irruptōis ſuæ iter præbuiſſet.ſolis e manibꝫ ſenē rapuerit:duplici pietate memorādus:quod & patris ſeruator nec patriæ fuit proditor. De pietate erga fratres Cap.v.

h Anc caritatem proximus fraternæ beniuolētiæ gradus excipit:nā ut merito primum:amoris uīculum ducitꝰ plurima & maxima beneficia accepiſſe. Ita ꝓximum iudicari debet ſimul accepiſſe.quā copioſæ.n.ſuauitatis illa recordatio eſt:In eodem domicilio ante quā naſceretꝰ:habitaui:ī iiſdem īcunabulis īſātiæ tempora pegi:eoſdem appellaui parentes:eadem pro me uota excubuerūt:parem ex maioꝝ imaginibꝫ gloriā traxi:cara ē uxor:dulces liberi:Iucūdi amici:accepti affines ſed poſtea cognitis nulla beniuolētia accedere debet:quæ priorē exhauriat

a Tq; hæc teſte Scipione Africano loquor:q tā & ſi arctiſſima familiaritate Lællio iūctus erat:attamen ſenatū ſupplex orauit:Ne prouīciæ ſors fratri ſuo erepta ad eū trāſferretꝰ:legatūq; ſe.L. Scipioni ī Aſiā iturū ꝓmiſit.qa maior natu minori & fortiſſimus & belli gloria excellēs laudis īopi:& quod ſup omnia eſt:nōdū aſiatico iā Africanus.Itaq; clariſſimoꝝ cognominū alteꝝ ſūpſit:alteꝝ dedit.triūphiq; prætextā huius excepit:illius tradidit miniſterio aliquanto maior quā frater īperio. De Marco Fabio cōſule erga fratrem.

m Arcus uero Fabius cōſul īclyta pugna ethruſcis & ueientibꝫ ſuperatis delatū ſibi ſummo ſenatus populiq; ſtudio triumphū ducere nō ſuſtinuit:qa eo prælio.Q.Fabius frater eius cōſularis fortiſſime dimicās occiderat:quātā ī eo pectore pietatē fraternæ caritatis habitaſſe exiſtimemus:propter quā tātus ampliſſimi honoris fulgor extingui potuit. De Tiberio Cæſare.

h Oc exemplo uetuſtas:illo ſæculum noſtrū ornatum eſt:cui



2009 Ministerio de Cultura

l

cōtingit fraternū iugum claudiæ prius: nunc & iuliæ gētis intueri de
cus. tantū. n. amorem princeps parēſq; noſter inſitum animo fratris
Druſi habuit. Vt cū Ticini quo uictor hoſtiū ad cōplectendos parē
tes uenerat: graui illū. & periculoſa ualitudine in germania fluctuare
cognouiſſet: ꝓtinus inde metu attonitus erumperet. Iter quoq; quā
rapidum & præceps uelut uno ſpiritu corripuerit: eo patet quod Al/
pes rhenumq; tranſgreſſus die ac noctæ mutato ſubinde equo ducē
tis milibus paſſuū permodo deuictam barbariā Antabagio duce ſo/
lo comite contentus euaſit: ſed eū tunc maximo labore & ꝑiculo ipli
catum mortaliūq; frequētia defectum ſanctiſſimū pietatis numen:
& dii fautores eximiaꝝ uirtutū & fidiſſimus Romani imꝑii cuſtos
Iupiter comitatus eſt: Druſus quoq; quanq̄ fato iā ſuo quā illius of
ficio ꝓprior erat uigore ſpiritus & corporis uiribus collapſus eo ipſo
tamē: quo uita & mors diſtinguit᷑ momēto legiones cū īſignib; ſuis
fratri obuiā ꝓcedere iuſſit: & ut imperator ſalutaret᷑ præcepit: & de
xtera in parte prætoriū ei ſtatui & conſulare & imperatoriū nomen
obtinere uolens eodē tempore & fraternæ maieſtati ceſſit: & uita ex/
ceſſit. De quodam milite. Cn. Pompei.

h Is ſcio equidē nullū aliud quā Caſtoris & Pollucis ſpecimen
conſanguineæ caritatis conuenienter adiici poſſe: ſed omnis
memoriæ clariſſimis imperatoribus ꝓfecto nō erit ingratū: ſi militis
ſūma erga fratrē ſuū pietas huic uoluminis parti adhæſerit. is nanq;
in caſtris. Cn. Pōpei ſtipendia peragēs: quū ſertorianū militē acrius
ſibi ī aciē inſtantē cōminus īteremiſſet: iacentēq; ſpoliaret: ut fratrē
germanū eſſe cognouit: multū ac diu cōuicio deos ob domū impiæ
uictoriæ īſecutus ꝓpe caſtra trāſtulit: & pretioſa ueſte opertū rogo ī
poſuit: ac deīde ſubiecta face ꝓtius eodē gladio quo illū īteremerat:
pectus ſuū trāſuerberauit: ſeq; ſup corpus fratris ꝓſtratū cōmunib;
flamis cremandū tradidit. Licebat ignorātiæ beneficio īnocenti uiue
re: ſed ut ſua potius pietate quā aliena uenia uteret᷑ comes fraternæ
neci nō defuit. De pietate erga patriam. Cap. vi.

a Rctiſſimis ſanguīs uīculis pietas ſatiſfecit. reſtat nunc
ut patriæ exhibeat᷑: cuius maieſtati: etiā illa quæ deoꝝ
numinibus æquat᷑ auctoritas parentum: uires ſuas ſub
iecit. fraterna quoq; caritas æquo animo ac libēter cedit:
ſumma quidē cum ratione: quia euerſa domo īterdum reip. ſtatus

2009 Ministerio de Cultura

manere poteſt: urbis ruina penates omnes ſecũ trahat neceſſe ẽ. uerũ quid attinet uerbis iſta cõplecti: quorum tãta uis eſt: ut aliq̃ ſalutis ſuæ impendio teſtati ſint. De Bruto primo conſule.

b Rutus cõſul primus cũ Arunte Tarquinii ſupbi filio regno expulſi i acie ita equo cõcurrit: ut pariter illatis haſtis uterq; mortifero uulnere ictus exanimis proſterneret: merito obiecerim populo romano libertatẽ ſuã magno ſtetiſſe. De Curcio Romano.

q Vum autẽ i mediã partẽ fori uaſto ac repentino hiatu terra ſubſideret: reſpõſũq; eſſet ea re illũ tãtũmodo cõpleri poſſe qua populus ro. plurimũ ualeret. Curtius & animi & generis nobiliſſimus adoleſcẽs iterpretatus urbis noſtrã uirtute armiſq; præcipue excellere: militaribus ignibus ornatus equũ cõſcendit: eũq; uehemẽter admotis calcaribus præcipitẽ i illud profundũ egit: ſup quẽ uniuerſi ciues honoris gratia certatim fruges iiecerunt: cõtinuoq; terra priſtinũ habitum recuperauit: magna poſtea decora i foro romano fulſerunt. Nullũ tamẽ hodie pietate Curtii erga patriã clarius obſeruatur exemplum. cui principatum gloriæ obtinenti conſimile factũ ſubnectam. De Genitio Cipo Prætore.

g Enitio Cipo prætori paludato portã egrediẽti noui & inauditi generis prodigium icidit. Nãq; in capite eius ſubito ueluti cornua emerſerunt: reſponſumque eſt eũ regẽ fore: ſi i urbem reuertiſſet. Quod ne accideret uoluntarium ac ꝑpetuum ſibimet indixit exilium: dignam pietatẽ: quæ quod ad ſolidam gloriã attinet ſeptẽ regibus præfert: cuius teſtandæ rei gratia capitis effigies ærea portæ qua exceſſerat: incluſa eſt: dictaque Randuſcula olim raudæra dicebatur. De Aelio Prætore.

g Enitius huius laudis ſucceſſionem tradidit Aelio prætori: cui ius dicenti: quũ i capite picus cõſediſſet aruſpexq; affirmaſſet: cõſeruato eo fore domus ipſius ſtatũ feliciſſimũ reip. miſerrimũ: occiſo i contrariũ utrunq; ceſſurũ: eueſtigio picũ morſu ſuo i cõſpectu ſenatus necauit decẽ & ſeptẽ militũ familiã eximiæ fortitudinis uiros canẽſi prælio amiſit reſp. procedẽte tẽpore ad ſummum faſtidium iperii exceſſit: Hæc nimirũ exempla Scylla & Marius & Cinna tanquam ſtulta irriſerunt. De Publio Decio.

p Vblius Decius qui cõſulatũ i familiã ſuã primus itulit cum latino bello romanã aciẽ iclinatã pœne iã & ꝓſtratã uideret:



2009 Ministerio de Cultura

caput ſuũ ꝓ ſalute reip. deuouit: ac protinus cõcitato equo ĩ mediũ hoſtium agmẽ patriæ ſalutem ſibi mortẽ petens irrupit: factaq; ingẽti ſtrage plurimis tælis obrutus ſuper corruit: ex cuius uulneribus & ſanguine inſperata uictoria emerſit.

De Filio. P. Decii.

u Nicum talis imperatoris ſpecimẽ eſſet: niſi animo ſuo reſpõdentem filium genuiſſet. Is nanq; in quario conſulatu patri exemplum ſecutus deuotione ſimili æque ſtrenua pugna cõſẽtaneo exitu: labentes perditaſq; uires urbis noſtræ correxit. Itaq; dignoſci arduũ eſt. Vtrum romana ciuitas decios utilius habuerit duces: an amiſerit: quoniã uita eoꝝ ne uĩceret: obſtitit: mors fecit ut uinceret.

De Scipione Africano ſuperiore.

n On eſt extictus pro rep. ſuperior Scipio Africanus: ſed admirabili uirtute ne reſp. extingueret̃ ꝓuidit. ſiquidem cũ afflicta cãnenſi clade urbs noſtra nihil aliud quã præda uictoris eſſe Hanibalis uideret̃. Ideoq; reliquiæ proſtrati exercitus deſerendæ Italiæ auctore Quinto Metello cõſiliũ agiterẽt: tribunus militũ admodũ iuuenis ſtricto gladio mortẽ unicuiq; minitando iurare oẽs nunq̃ ſe ẽlicturos patriã coegit. pietatẽq; nõ ſolũ ipſe pleniſſimã exhibuit: ſed ẽt expectoribus alioꝝ abeuntẽ reuocauit.

De Publicanis.

a Ge ut a ſigulis ad uniuerſos trãſgrediar̃ quãto & quã æquali amore patriæ tota ciuitas flagrauit: nã cũ ſecundo punico bello exhauſtũ ærarium ne deorum quidem cultui ſufficeret: publicani ultro additos cenſores hortati ſunt: ut omnia ſic locarent: tanquam reſp. pecunia abundaret: ſeque præſtituros cũcta nec ullum aſſẽ niſi bello confecto petituros polliciti ſunt.

De dominis ſeruoꝝ Equitibus & Centurionibus.

d Omini quoque eorum ſeruoꝝ quos Sempronius Gracchus ob inſignem pugnã Beneuenti manumiſerat pretia ab imperatore exigere ſuperſederũt. In caſtris etiam nõ eques non Centurio impendium ſibi dare deſyderauit. uiri ac fœminæ qcquid auri: argẽti ue habuerũt. Item pueri inſignia ingenuitatis ad ſuſtentandum temporis difficultatẽ contulerunt. ac ne beneficio ſenatus qui muneribus his functos tributi onere liberauerat: quiſquã uti uoluit. ſed inſuper id oẽs promptiſſimis animis̃ præſtiterunt. Non ignorabant enim captis Veiis cum decimarum nomine quas Camillus uouerat:

2009 Ministerio de Cultura

aurum Apollini delphico mitti oporteret: neque emēdi eius facultas eſſet matronas ornamenta ſua ī ærarium rettuliſſe. Similiterq; audi/erāt mille pondo auri: quæ gallis pro obſidione capitolii promiſſa debebantur earum cultu expleta. Itaque & proprio ingenio & exemplo uetuſtatis admoniti: nulla ſibi in receſſandum exiſtimauerunt. Age externa eiuſdem propoſiti exempla attingam.

Externa De Codro Rege Athenienſi.

r Ex Athenienſiū Codrus cū ingenti hoſtiū exercitu Attica re/gio debilitata ferro: igni uaſtaretur diffidētia humani auxilii ad Apollinis delphici oraculū cōfugit: perq; legatos ſiſcitatus ē: quonāmodo illud tā graue bellū diſcuti poſſet. Reſpōdit deus: ita illi fi/nē fore: ſi ipſe hoſtili manu occidiſſet. Quod qdē nō ſolū totis Athenienſiū i caſtris ſed etiam cōtrariis percrebruit. Eoq; factum eſt: ut ediceretur: ne quis Codri corpus uulneraret. Id poſtquā cognouit: depoſitis inſignibus imperii familiarē cultum induit: Ac palantium hoſtium globo ſe obiecit: unumque ex his falſe percuſſū ī cædē ſuā compulit: cuius interitu ne Athenæ occiderent: effectum eſt.

a B eodem fonte pietatis Thraſybuli quoque animus mana/uit. is cum Atheniēſium urbem triginta tyrannorū teterrima dominatione liberare cuperet: paruaq; manu maximæ rei molem aggrederet: & quidam e conſciis dixiſſet. quantas tandem tibi Athenæ per te libertatē cōſecutæ gratias debebūt. Reſpōdit dii faciāt: ut quātas ipſe illis debeo. uidear rettuliſſe. Quē affectū inclytū deſtructæ tyrannidis opus laude cumulauit.

De Themiſtocle.

t Hemiſtocles autem quē uirtus ſua uictorem: iniuria patriæ imperatorem perſarum fecerat: ut ſe ab ea oppugnāda abſti/neret: inſtituto ſacrificio exceptum patera tauri ſanguinem hauſit: & ante ipſam arā quaſi quædā pietatis clara uictima concidit: quo qdē tā memorabili eius exceſſu ne Græciæ altero Themiſtocle opus eſſet: effectum eſt.

De Duobus Philenis fratribus carthaginenſibus.

ſ Equitur eiuſdem generis exemplum. Cum inter Carthaginē & Cyrenas de margine agri pertinaciſſima contētio eſſet. ad ultimū placuit utrinq; eodēq; tēpore iuuenes mitti: & locū in quem

2009 Ministerio de Cultura

ii cõueniſſent: finẽ ambobus haberi populis uerꝫ hoc pactũ duo fratres Carthaginenſes nomĩe : Phileni perfidia percurere citra conſtitutã horã maturato greſſu i longius ꝓmotis termĩs: quod cũ itellexiſſent cyrenẽſiũ Iuuenes diu de fallacia eoꝝ queſti: poſtremo acerbitate cõdicionis iniuriã diſcutere conati ſunt. dixerũt nãq; ſic eum finẽ ratum fore. ſi Phileni uiuos ſe ibi obrui paſſi eſſent : ſed cõſilio euentus nõ reſpondit. Illi etiã nulla interpoſita: mora corpora ſua his terra operiẽda tradiderunt: q quoniã patriæ quam uitæ ſuæ lõgiores termĩos eſſe maluerunt: bene iacent manibus & oſſibus ſuis punico dilatato impio: ubi ſunt ſuperbe Carthaginis alta mœnia? ubi maritima gloria inclyti portus? Vbi cunctis littoribus terribilis claſſis? ubi tot exercitus? ubi tantus equitatus? ubi ĩmenſo Africæ ſpatio nõ contenti ſpiritus? omnia iſta duobus Scipiõibus fortuna partita eſt : At philenoꝝ egregii facti memoriam ne patriæ quidẽ Interitus extĩxit: nihil eſt igiť excepta uirtute: quod mortali animo ac manu ĩmortale queri poſſit.

De Ariſtotele.

i Vuenili ardore plena hæc pietas: Ariſtoteles uero ſupernæ uitæ reliquias ſenilibus ac rugoſis membris in ſũmo litterarum otio uix cuſtodiens adeo ualenter ꝓ ſalute patriæ incubuit : ut eam ab hoſtibus armis ſolo æquandam i lectulo athenienſi iacẽs eqtum macedonum manibus quibus adiecta erat eriperet. Ita urbs non tã ſtrata atq; euerſa Alexandri: quã reſtituta; Ariſtoteles notũ eſt opus patet ergo quam benignæ quãq; ꝓfuſæ pietatis erga patriam omniũ ordinum: oĩs ætatis homines extiterit. Sanctiſimiſq; naturæ legibus mirificoꝝ etiam exemploꝝ clara mundo ſubſcripſerit ubertas.

De parentum amore & indulgentia in liberos. Cap. vii.

d Et nunc uela pii affectus & placidi parẽtum erga liberos indulgentia: ſalubriq; aura ꝓuecta gratiã ſuauitatis ſecũ dotẽ afferat. Fabius Rutilianus qnq; cõſulatibus ſũma cũ gloria pactis oĩbuſq; uirtutib; & uitæ meritis ſtipẽdiis legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellũ difficile & piculoſũ cõficiendũ grauatus nõ ẽ: pœne ipſo p ſe dũtaxat aĩo: ſine corpore militaturus: utpote ꝓpter ultimã ſenectutẽ lectuli otio quã labori prælioꝝ habilior. Idẽ triumphantis currũ equo inſidẽs: ſeq quẽ ipſe paruulũ triumphis ſuis gectauerat : in maxima uoluptate poſuit : nec acceſſor glorioſæ illius põpæ: ſed auctor ſpectatus eſt.

De Ceſeto Romano.

2009 Ministerio de Cultura

9 7

n On tam. Ceſeti ſpecioſa equitis romani ſors patria: ſed par ĩ
dulgentia: qui a Cæſare omniū iā externorū & domeſticorū
hoſtiū uictore: cū abdicare filiū ſuum iuberetur: quod is tr. pl. cum
Marulo collega ĩuidiam ei tanquā regnum affectanti fecerat: ĩ hunc
modū reſpōdēdo ſuſtinuit. Celerius tu mihi Cæſar omnes filios me
os eripies: quā ex his ego unum nota pellam mea. Habebat autē du
os præterea optime ĩdolis filios: quibus Cæſar ſe incremēta benignæ
dignitatis largiturū pollicebatur. hunc patrem tam & ſi ſumma diui
ni principis clæmētia tutum præſtitit: Quis tamen non humano ige
nio maius auſum putet: quod cui totus orbis terrarum ſuccubuerat
non ceſſit.

De Octauio Balbo.

ſ Ed neſcio an Octauius Balbus cōcitatioris & ardētioris erga
filiū beniuolētiæ fuerit. Proſcriptus a triūuiris cū domo poſti
co clā eſſet egreſſus: iāq; fugæ expeditū initiū haberet: poſtquā ĩtus
filiū trucidari falſo clamore uiciniæ accepit: ei ſe neci: quā euaſerat
obtulit: occidēdumq; militibus tradidit. Pluris nimirū illud momētū
quo illi præter ſpē uidere filiū ĩcolumē cōtigerat: quā ſalutē ſuā æſti
mans. miſeros adoleſcentis oculos q̄bus amātiſſimū ſui patrē ipſius
opa ſic expirātē ĩtueri neceſſe fuit.

De Seleuco Rege.

c Aeterū ut ad iucūdiora cognitu ueniamus Seleuci Regis fili
us Antiochus nouercæ Stratonices ĩfando amore correptus:
memor quā ĩprobis facibus arderet: ĩpiū pectoris uulnus pia diſſimu
latione cōtegebat. Itaq; diuerſi affectus iiſdē uiſceribus ac medullis ĩ
cluſi ſūma cupiditas & maxima uerecundia: ad ultimā tabē corpus
eius redegerunt. Iacebat ipſe Antiochus ĩ lectulo moribundo ſimilis:
lamētabant̃ neceſſarii: pater mærore proſtratus de obitu unici filii:
deq; ſua miſerrima orbitate cogitabat. totius domus funebris magis
quam regius erat uultus. Sed hanc triſtitiæ nubem. Leptinis mathe
matici: uel ut quidam tradunt Eraſiſtrati medici prouidencia diſcuſ
ſit. iuxta enim Antiochum ſedens ut eum ad introitum Stratonices
rubore perfundi & ſpiritu increbreſcere: eaq; egrediente pallere & ex
citatiorem anhelitum ſubinde recuperare: animaduertit curioſa ob
ſeruatione ad ipſā ueritatē penetrauit. Intrāte enim Stratonice & rur
ſus abeunte brachiū adoleſcentis diſſimulanter apprehendēdo: mo
do uegetiore: modo languidiore pulſu uenarū comperit: cuius mor
bi æger eſſet. Protinuſque id Seleuco expoſuit. Qui cariſſimā ſibi

2009 Ministerio de Cultura

l

cõiugem filio ſuo cedere nõ dubitauit. quod in amorẽ incidiſſet for/
tunæ acceptum referẽs: quod diſſimulare cũ uſq; ad mortẽ paratus
eſſet: ipſius pudori imputans. ſubiiciat animis Senex Rexq; amãs:
iamiam patebit quam multa quãq; difficilia paterni affectus indul/
gentia ſuperauit. De Ariobarzane Rege Cappadociæ.

a T Seleucus quidẽ uxore: Ariobarzanes filio ſuo Cappadociæ regno ceſſit in cõſpectu. Cn. Pompeii cuius cũ ipſe tribunal cõſcendiſſet: inuitatuſq; ab eo in curuli ſella ſederet. Poſtquã filium in cornu ſcribæ humiliorẽ fortuna ſua locũ obtinentẽ cõſpexit: non ſuſtinuit infra ſe collocatũ intueri: Sed ꝓtinus ſella deſcẽdit: & dia dema ĩ caput eius trãſtulit: hortariq; eũ cœpit: ut eo tranſiret: unde ipſe ſurrexerat. exciderũt lachrymæ iuueni: cohorruit corpus: delap/ ſum diadema eſt: nec quo iuſſus erat progredi potuit. quodq; ꝑ œne fidẽ ueritatis excedit: lætus erat qui regnũ deponebat triſtis cui da/ bat: nec ullũ finẽ tam egregiũ certamẽ habuiſſet: niſi patriæ uolũta ti auctoritas Pompeii affuiſſet: filium. n. & regẽ appellauit: & diade ma ſumere iuſſit: & in curuli ſella conſidere coegit: Comicæ lenitatis ii patres de qbus dictũ eſt tragicæ aſperitatis illi de qbus dicendũ ẽ.

De parentũ ſeueritate aduerſus liberos: De. L. Bruto. Cap. viii.

b Rutus par gloria Romulo quia ille urbem: hic libertatẽ Romanã condidit: filios ſuos Tarquini dominationẽ a ſe expulſam reducentes ſummũ imperium obtinens cõ prehenſos proq; tribunali uirgis cæſos & ad palum reli gatos ſecuri percuti iuſſit. Exuit patrẽ: ut cõſulẽ ageret: orbuſq; uiue re: quã publicæ uindictæ deeſſe maluit. De Caſſio.

h Vius æmulatus exemplũ Caſſius filiũ qui. tr. pl Agrariã legẽ primus tulerat: multiſq; aliis rebus populariter animos ho/ minũ amore ſui deuictos tenebat: Poſtquã illã poteſtatẽ depoſuit: adhibito ꝓpinquoꝝ & amicorum cõſilio affectati regni crimine do mi damnauit. Verberibuſq; affectum necari iuſſit: & Peculium eius Cereri conſecrauit. De Manilio Torquato.

t Itus autem Manilius Torquatus ꝓpter egregia multa raræ di gnitatis: iuris quoq; ciuilis eſt ſacroꝝ pontificaliũ peritiſſimus in conſimili facto: nec conſilio quidem neceſſarioꝝ indihere ſe credi dit: Nam cũ ad ſenatũ Macedonia de filio eius Decio Scyllano: qui eam prouinciam obtinuerat: quærelas. per legatos detuliſſet. a.

2009 Ministerio de Cultura

P.C.petiit:ne quid ante de ea reſtituerēt:quā ipſe macedonū filiiq; ſui cauſā īſpexiſſet.ſūmo deinde tū āpliſſimi ordinis tū etiā eorū qui queſtū uenerāt cōſenſu cognitione ſuſcepta domi conſedit: ſoluſq; utriq; parti ꝑ totū biduū uacauit:ac tertio pleniſſime die diligētiſſimeq; auditis teſtibus ita pronūciauit:cū Scyllanum filiū meū pecunias a ſociis accepiſſe mihi probatū ſit:& rep.eum & domo mea īdignū iudico:protinuſq; e conſpectu meo abire iubeo:tam triſti patris ſentētia ꝑcuſſus Scyllanus lucē ulterius ītueri nō ſuſtinuit:ſuſpēdioq; ſe proxima nocte cōſumpſit.Peregerat iā Torquatus ſeueri & religioſi iudicis partes:ſatiſfactū erat reip.habebat ultionē Macedonia potuit tā uerecundo obitu filii patris īflecti rigor. Atq; neque adoleſcētis exequiis interfuit:& cū maxime funus eius duceret̃ cōſulere: ſe uolētibus uacuas aures accōmodauit.Videbat enim ſe ī illo atrio cōſediſſe:ī quo illius imperioſi Torquati ſeueritate cōſpicua imago poſita erat.Prudētiſſimoq; uiro ſuccurrebat effigies maiorū ſuorum cū titulis ſuis iccirco ī prima ædium parte poni ſolere:ut eorum uirtutes poſteri non ſolum legerent:ſed etiam imitaret̃.

De Marco Scauro.

m Arcus uero Scaurus lumē ac decus patriæ:cū apud Atheſim flumē impetu cymbroꝝ romani equites pulſi deſerto cōſule Catulo pauidi urbē repeterent:cōſternationis eoꝝ participi filio ſuo miſit:q diceret:ſe libētius ī acie eius interfecti oſſibus occurſuꝝ:quā ipſum tā deformis fugæ reum uiſuꝝ.Itaq; ſi quid modo reliquum ī pectore uerecūdiæ ſupereſſet cōſpectū degenerati patris uitaturū:recordatione enim iuuentæ ſuæ qualis.M.Scauro aut habendus aut ſpernēdus eſſet:filius admonebatur.quo nūcio accepto iuuenis coactus ē fortius aduerſus ſemetipſū gladio uti:quam aduerſus hoſtes uſus fuerat.

De Aulo Fuluio.

n Ec minus animoſe Aulus Fuluius Vir ſenatorii ordinis eūtē filiū in aciem retraxit.quam Scaurus e prælio fugiētē increpauit.Nam iuuenē & ingenio & litteris & forma inter æquales nitētē prauo conſilio amiciciā Catilinæ ſecutū:inque caſtra eius temerario impetu ruētem in medio itinere abſtractū ſupplicio mortis affecit:præfatus non ſe Catilinæ illū aduerſus patriam:ſed patriæ aduerſus Catilinam genuiſſe licuit:donec ciuilis belli rabies præteriret: īcluſū arcere.Veꝝ illud cauti patris narraret̃ opus:hoc ſeueri refert̃.

2009 Ministerio de Cultura

Sed ut hanc incitatã & aſperã ſeueritatẽ mitiores relatu patrũ mores clæmentiæ ſuæ mixtura tẽperent: exactæ pœnæ cõceſſa uenia iũgat.

De parentum moderatione aduerſus ſuſpectos liberos De Lucio Gelio Capitulum Nonum.

l Vcius Gelius omnibus honoribus ad cenſuram uſq; defunctus cum crimina grauiſſima de filio in nouercã cõmiſſum ſtuprũ & parricidiũ cogitatũ propemodum explorata haberet: nõ tamen ad uidictã ꝓcurrit cõtinuo. Sed pœne uniuerſo ſenatu adhibito in cõſilium expoſitis ſuſpicionibus defendendi ſe adoleſcẽti poteſtatem fecit. Inſpectaq; diligẽtiſſime cauſa abſoluit eũ: tum cõſilii tum etiã ſentẽtia ſua. quod ſi ĩpetu iræ abſtratus ſæuire feſtinaſſet: admiſiſſet magis ſcelus quã uindicaſſet. De Lucio Hortenſio.

q Vinti autẽ Hortenſi qui ſuis tẽporibus ornamentũ romanæ eloquẽtiæ fuit: admirabilis in filio patientia extitit. Cum. n. eo uſq; impietatem eius ſuſpectam & neqtiã inuiſã haberet: ut Meſalã ſuæ ſororis filium. hæredem habiturus: ambitus reum defẽdẽs iudicibus diceret: ſi illum damnaſſent: nihil ſibi præter oſculum nepotum in quibus acquieſceret ſup futurum: hac. ſ. ſententia quam editæ orationi inſeruit filium potius in tormento animi quam in uoluptatibus reponens: tamen ne naturæ ordinem confunderet: nõ nepotes: ſed filium hæredem reliquit. moderate uſus affectibus ſuis: quia & uiuus moribus eius uerum teſtimonium: & mortuus ſãguini honorem debitum reddidit. De Fuluio.

i Dem fecit clari generis magnæq; dignitatis uir Fuluius ſed in filio aliquantũ tetriore. Nam cum auxiliũ ſenatus imploraſſet: ut ſuſpectus in parricidio & ob id latens per triũuirũ cõquireret. ac iuſſu patrum. C. cõprehenſus eſſet: non ſolũ eum nõ notauit: Sed etiã decedẽs dominũ omniũ eſſe uoluit: quẽ genuerat hæredem inſtituẽs nõ quẽ fuerat exptus. De quodã patre ignoto.

m Agnorum Viroꝝ clæmentibus actis ignoti patris nouæ atq; inuſitatæ rationis conſiliũ adiiciam: qui cũ a filio necti ſibi inſidias comperiſſet: nec inducere in animũ poſſet: ut uerum ſanguinem ad hoc ſceleris progreſſum crederet. Seductam uxorem ſuſpicãs ſuppliciter rogauit: ne ſe ulterius celaret. ſiue illũ adoleſcẽtem ſubieciſſet: ſiue ex alio concepiſſet: aſſeueratione deinde eius & iureiurãdo ſe nil

2009 Ministerio de Cultura

tale debere ſuſpicari. perſuaſus i locũ deſertum filio perducto gladi/um quẽ ſecũ occultum attulerat: tradidit: ac iugulum feriendũ præbuit: nec ueneno nec latrone ei ad peragẽdum parricidiũ opus eſſe affirmãs: quo facto nõ paulatim ſed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit. Cõtinuoq; abiecto gladio: tu uero iquit pa/ter uiue: & ſi tã obſequẽs es: ut hoc precari filio permittas: me quoque exupera: Sed tãtũ quæſo: ne meus erga te amor eo ſit uilior: qđ a pœnitẽtia oritur. ſolitudinẽ ſanguine meliorẽ: pacatioreſq; penatibꝫ ſiluas & alimẽtis blandius ferrũ: ac mortis oblatæ quã datæ uitæ felicius beneficium: Cõmemoratis patribus qui iiurias filiorũ patiẽter exceperunt. Referamus eos qui mortes æquo animo tolerarunt.

De Horatio Puluillo Capitulũ Decimum.

h Oratius Puluillus cum i capitolio Ioui optimo maxi/mo ædẽ pontifex dedicaret interq; nuncupationẽ ſollẽniũ uerborum poſtẽ tenẽs mortuũ eſſe filium ſuum audiſſet: neq; manum a poſte remouit: ne tanti tẽpli dedicationẽ iterrumperet: neq; uultũ a pub. religione ad priuatũ dolorem flexit: ne patris magiſquam pontificis partes egiſſe uideretur.

De Aemilio Paulo.

c Larũ exẽplum: nec minus tamẽ illuſtre quod ſequit̃ Aemilius Paulus nũc feliciſſimi: nũc miſerrimi patris clariſſima re/præſẽtatio ex quattuor filiis formæ iſignis: egregiæ idolis: duos iuř adoptionis i Corneliã fabiãq; gentẽ tranſlatos ſibi ipſe denegauit: duos ei fortuna abſtulit. Quoꝝ alter triumphũ patris funere ſuo quartũ ante diẽ præceſſit. alter triũphali curru proſpectus poſt diẽ tertium expirauit. Itaque qui ad donãdos uſque liberos abũdauerat: i orbitate ſubito deſtitutus ẽ. quẽ caſum quo robore animi ſuſtinuerit ora/tione quã de rebus a ſe geſtis apud populũ habuit: hanc adiiciendo clauſulã nulli ambiguũ reliquit. Cum i maximo ꝓuectu felicitatis ueſtræ quirites: timerẽ ne qđ mali fortuna moliret Iouẽ optimũ maxi/mũ: Iunonẽq; reginã: & Mineruã precatus ſum: ut ſi aduerſi qđ populo Ro. imineret: totũ i meã domum cõuerteretur. Quapropter bene habet ſe res: annuẽdo enim uotis meis id egerunt: ut uos potius meũ caſũ doleatis: quam ego ueſtrum igemiſcerẽ. uno etiam nũc domeſtico exemplo adiecto i alienis luctibus orationi meæ uagari ꝑmittam.

De Quinto Martio Rege.

2009 Ministerio de Cultura

q Vintus Martius Rex ſuperioris Catonis in conſulatu collega filium ſūmæ pietatis magnæ ſpei & quæ nō parua calamitatis acceſſio fuit: unicū amiſit. Cūq; ſe obitu eius ſubrutum & euerſū uideret: Ita dolorem altitudine cōſilii coercuit: ut a rogo iuuenis ꝓtinus curiam peteret: ſenatūq; quē eo die lege habere oportebat: euocaret: quod niſi fortiter mœrorē ferre ſciſſet unius diei lucem īter calamitoſum patrem & ſtrenuū conſulē neutra in parte ceſſato officio partiti nō potuiſſet.

De Pericle Principe Athenienſium. Externa.

p Rinceps Athenienſium Pericles intra quatriduū duobus mirificis adoleſcentibus filiis ſpoliatus his ipſis diebus & uultu priſtinum habitum retinēte & oratione nulla ex parte infractiore cōcionatus eſt. Ille uero caput quoq; ſolito more coronatū gerere ſuſtinuit: ut nihil ex uetere ritu ꝓpter domeſticū uulnus detraheret: nō ſine cauſa igit̄ tāti roboris animus ad olympi Iouis cognomē aſcēdit.

De Xenophonte.

x Enophon autē quod ad ſocraticā diſciplinam attinet: ꝓximus a Platone felicis ac beatæ facūdiæ gradus. Cum ſollēne ſacrificium perageret: e duobus filiis maiorem natu nomine Sylum apud Mantineam in prælio cecidiſſe cognouit: nec ideo inſtitutum deoꝝ cultū omittendū putauit: Sed tantūmodo coronā deponere cōtentus fuit: quā ipſam percunctatus quonāmodo occidiſſet: ut audiuit fortiſſime pugnātē interiiſſe: capiti repoſuit. numina qbus ſacrificabat teſtatus maiorem ſe ex uirtute filii uoluptatē: quam ex morte amaritudinē ſentire. Alius remouiſſet hoſtiam. abieciſſet altaria: lachrymis reſperſa tura deieciſſet. Xenophontis cor pia religione īmobile ſtetit: & animus ī cōſilio prudētiæ ſtabilis māſit: ac dolori ſuccūbere ipſa clade q̄ nūciata erat: triſtius duxit.

De Anaxagora.

n E Anaxagoras quidē ſupprimendus eſt. Audita nāq; morte filii. nihil īquit mihi in expectatum: aut nouū nuncias. Ego enim illū ex me natum ſciebam eſſe mortalē. has uoces utiliſſimis præceptis imbuta uirtus mittit: quas ſi quis efficaciter auribus perceperit: non ignorabit ita liberos eſſe ꝓcreandos: ut meminerit is a reꝝ natura & accipiendi ſpiritus & reddendi eodē momento temporis legem dici: atq; ut mori neminem ſolere qui nō uixerit: ita nec uiuere aliquem quidem poſſe qui non ſit moriturus.

2009 Ministerio de Cultura

De Pudicicia: Liber Sextus.

u Nde te uirorū pariter ac fœminarum præcipuum firmamētū pudicicia īuocem: tu enim priſca religione cōſecratos focos Veſtæ icolis: tu capitolinæ Iunonis puluinaribus īcubas: tu palatii columen: auguſtos penates Sanctiſſimūq; Iuliæ genialē thorū aſſidua ſtatione celebras: Tuo præſidio puerilis ætatis īſignia munita ſunt. Tui numinis reſpectu ſyncærus iuuentæ flos permanet. Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur. Ades igitur & cognoſce: quæ fieri ipſa uoluiſti.

De Lucretia.

d Vx romanæ pudiciciæ Lucretia: cuius uirilis animus maligno errore fortunæ muliebre corpus ſortitus eſt. A Sexto Tarquini regis ſupbi filio p uim ſtuprū pati coacta cū grauiſſimis uerbis īiuriā ſuā in concilio neceſſariorū deploraſſet: ferro ſe quod ueſte tectum attulerat īteremit. Cauſāq; tam animoſo interitu īperiū cōſulare pro regio permutandi populo ro. præbuit: atq; hanc illatā iniuriā non tulit.

De Virginio Viro Plebeio.

u Irginius Plebeii generis: ſed patricii uir ſpiritus ne ꝓbro contaminaretur domus ſua proprio ſanguini nō pepercit: Nā cū Appius Claudius deceūuir filiæ eius uirgini ſtuprū poteſtatis uiribus fretus pertinacius expeteret deductam ī forū puellā occidit: pudicæque interemptor quam corruptæ pater eſſe maluit.

De Pontio Aufidiano.

n Ec alio robore aīmi præditus fuit Pontius Aufidianus eques romanus: q poſtquā cōperit filiæ ſuæ uirginitatē a pedagogo proditā Faunio ſaturnio nō cōtētus ſceleratū ſeruum affeciſſe ſupplicio: etiā ipſam puellā necauit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret: acerbas exequias duxit.

De Publio Meuio.

q Vid Publius Meuius quam ſeuerū pudiciciæ cuſtodē egit: In libertū nanque gratum admodū ſibi animaduertit: quia eum nubilis iam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſe cognouerat. præſertim cum nō libidine: ſed errore lapſus uideri poſſet. Cæterū amaritudine pœnæ teneris adhuc puellæ ſenſibus caſtitatis diſciplinam īgenerari magni æſtimauit. Eique tam triſti exemplo præcepit ut non ſolum uirginitatē illibatā ſed etiā oſcula ad uirum ſyncæra pferret.

De Quinto Fabio Maximo Seruiliano.



2009 Ministerio de Cultura

q Vintus uero Fabius Maximus Seruilianus honoribus quos ſplendidiſſime geſſerat cenſuræ grauitate conſumatis: exegit pœnas a filio dubiæ caſtitatis: & punito pepēdit: uolūtario ſeceſſu cōſpectum patriæ uitando. De. P. Attilio Philiſco.

d Icerem Cēſoriū uirum nimis acerbum extitiſſe: niſi Publius Attilicum philiſcū in pueritia corpore quæſtū a domino facere coactum: tam ſeuerum poſtea patrem cernerē. Filiam. n. ſuam eo quod ſtupri ſe crimine coinquinauerat: interemit. Quam ſanctā igitᷣ in ciuitate noſtra pudiciciam fuiſſe: exiſtimare debemus: in qua etiā inſtitores libidinis tā ſeueros eius iudices euaſiſſe aīaduertimus. ſequitᷣ excellentis nominis ac memorabilis facti exemplum.

De Marco Claudio Marcello Aedile Curuli & filio ſuo.

m Arcus Claudius Marcellus ædilis curulis. C. Scātinio capitolino. tr. pl. diē ad populū dixit: quod filiū ſuū de ſtupro appellaſſet: eoque aſſeuerante ſe cogi non poſſe ut adeſſet: quia ſacroſāctam poteſtatē haberet: & ob id tribunitiū auxiliū implorante: totū collegiū tribunoꝝ negauit ſe intercedere: quo minus pudiciciæ quæſtio peragereᷣ. Citatus Itaqꝫ Scātinius reus uno teſte qui temptatus erat: damnatus eſt. conſtat iuuenē ꝓductū in roſtra: defixo in terrā uultu perſeueranter tacuiſſe: uerecūdoqꝫ ſilentio plurimū in ultionē ſuam ualuiſſe. De Metello Celere.

m Etellus quoqꝫ Celer ſtuproſæ mētis acer punitor extitit. Cn. Sergio ſilo ꝓmiſſorum matrifamiliæ nūmoꝝ gratia: diem ad populum dicendo: eumqꝫ hoc uno crimine damnando: non. n. factum tunc: ſed animus in quæſtione deductus eſt. pluſqꝫ uoluiſſe peccare nocuit: quam non peccaſſe profuit.

De Tito Veturio filio Veturii.

c Oncionis hæc: illa curiæ grauitas. Titus Veturius filius eius Veturii qui in conſulatu ſuo ſamnitibus ob turpiter ictū fœdus deditus fuerat: quū ꝓpter domeſticam ruinam & graue æs alienū Celio Plocio nexum ſe dare adoleſcentulus admodum coactus eſſet ſeruilibus ab eo uerberibus: quia ſtuprū pati noluerat: affectus querelam ad conſules detulit: a quibus hac de re certior factus ſenatus: Plociū carcerem induci iuſſit. in qualicūqꝫ. n. ſtatu poſitam romano ſanguini pudiciciam tutā eſſe uoluit. Et quid mirū ſi hoc uniuerſi. P. C. cenſuerunt. De. C. Feſcenino triūuiro.

2009 Ministerio de Cultura

c Aius Feſceninus triumuir capitolinus. C. Corneliū fortiſſime militiæ ſtipendia emeritū uirtutiſque nomine quater honore primipili ab imperatoribus donatum quod cū ingenio adoleſcētulo ſtupri cōmertium habuiſſet publicis uinculis onerauit: a quo appel lati tribuni: cum de ſtupro nihil negaret: ſed ſponſionē ſe facere paratū diceret: quod adoleſcens ille palā atque aperte corpore quæſtū factitaſſet: interceſſionē ſuā ponere noluerūt. Itaq; Cornelius ī carcere mori coactus eſt. nō putarunt. n. tr. pl. remp. noſtram cum fortibus uiris paciſci oportere: ut externis periculis domeſticas delitias emerent.

De Tribuno Plebis ſiue populo Romano.

l Ibidinoſi Centurionis ſuppliciū Marci Lectorii Mergi tribuni militaris æque ſimilis fœdus exitus ſequitur. Cui Cominius tr. pl. diem ad populum dixit: quod cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Nec ſuſtinuit eius rei ſententiam Lectorius. ſed ſe ipſe ante iudicii tempus fuga prius ſubtraxit: deinde etiam morte ſe puniuit: Naturæ modum expleuerat: fato tamen: functus uniuerſæ plebis ſententia crimine impudiciciæ damnatus eſt. Signa illum militaria ſacratæ aquilæ & certiſſima romani imperii cuſtos ſeuera caſtrorum diſciplina uſq; ad inferos perſecuta eſt. Quoniam cuius uirtutis magiſter eſſe debuerat: ſanctitatis corruptor tēptabat exiſtere.

De Caio Mario.

h Oc monuit. C. Mariū imperatorē tum cum Cluſium ſororis ſuæ filium tribunū militum a Celio Plocio manipulario milite iure cæſū pronūciauit: qa eū de ſtupro compellare auſus fuerat.

ſ Ed ut eos quoq; qui ī uindicāda pudicicia dolore ſuo pro publica lege uſi ſūt: ſtrictim percurrā: Sēpronius Muſca. C. Gallium deprehēſū ī adulterio flagellis cecidit. C. Menius. L. Octauiū ſimiliter deprehenſū neruis cōtudit. Carbo Actienus a Bibieno. Itē Pontius a. P. Cernio deprehēſi caſtrati ſunt. Cn. etiā Furius Broccū quē deprehenderat familiæ ſtuprādū obiecit. quibus iræ ſuæ īdulſiſſe fraudi nō fuit.

Externa De Hippo fœmina græca.

a Tque ut domeſticis externa ſubnectā: græca fœmina nomīe Hippo cū hoſtiū claſſe eſſet excepta: in mare ſe ut pudiciciā morte tueretur: abiecit: cuius corpus erichtheo littori appulſū proxima undis humus ſepulturæ mandatū ad hoc tēpus tumulo cōtegit. ſanctitatis uero gloriam æterne traditam memoriæ Græcia laudibus



2009 Ministerio de Cultura

l

ſuis celebrando quotidie florentiorem effecit.

De Orgi agontis uxore Reguli.

u Ehemẽtius hoc. illud cõſyderatius exẽplum pudiciciæ. Exercitu & copiis gallo græcoꝝ a. Cn. manlio cõſule in olympo monte ex parte deletis: ex parte captis Orgi agontis Reguli uxor miræ pulchritudinis a Centurione cui cuſtodienda tradita erat: ſtuprũ pati coacta: poſtquã uentũ eſt in eũ locũ: in quẽ conſulis iuſſu Centurio miſſo nuncio neceſſarios mulieris pretium quo eã redimerẽt: afferre iuſſerat aurum expendente Centurione: & in eius pondus animo oculiſq; intento gallo græcis lingua gentis ſuæ imperauit: ut eũ occiderent: interfecti deinde caput abſciſſum manibus retinẽs ad cõiugem uenit: abiectoq; ante pedes eius & iniuriæ & ultionis ſuæ ordinem expoſuit. Huius fœminæ quid aliud quiſquã quã corpus in poteſtatem hoſtiũ ueniſſe dicat: nanq; animus neq; uinci nec pudicicia capi potuit.

De Vxoribus Teutocoꝝ.

t Eutocoꝝ uero coniuges Marium uictorem orarunt: ut ab eo uirginibus ueſtalibus dono mitterent: affirmantes aq; ſe atq; illas uirilis concubitus expertes futuras: eaq; re non ĩpetrata laqueis ſibi nocte ꝓxima ſpiritũ eripuerũt. Dii melius: quod hunc animum uiris earum in acie non dederunt. Nam ſi mulierum ſuarum uirtutẽ imitari uoluiſſẽt: ĩ certa Teutonicæ uictoriæ trophæa reddidiſſẽt.

Quæ libere dicta aut facta ſunt. Cap. ii.

l Ibertatem autem uehementis ſpiritus dictis pariter & factis teſtatam ut nõ inuitauerim: ita ultro uenientem nõ excluſerim: quæ inter uirtutem uitiumq; poſita ſi ſalubri modo ſe temperauerit: laudem: ſi quo nõ debuit: ꝓfuderit reprehenſionem meret: ac uulgi ſic auribus gratior quã ſapientiſſimi cuiuſq; animo ꝓbabilior eſt: utpote frequẽtius aliena uenia quam ſua ꝓuidentia tuta: ſed qa humanæ uitæ partes ꝓſequi ꝓpoſitum eſt: noſtra fide æſtimatione propria referatur.

De Quodam principe priuernatum.

p Riuerno capto interfectiſque qui id oppidum ad rebellandũ incitauerant: ſenatus indignatione accẽſus cõſiliũ agitabat: quid nam ſibi de reliquis quoque priuernatibus faciẽdum eſſet. Ancipiti igit caſu eoꝝ ſalus fluctuabat: eodem tempore & uictoribus: & iratis ſubiecta: Cæterum cũ auxilium unicum in precibus reſtare

2009 Ministerio de Cultura

animaduerterent: ĩgenui & italici ſanguinis obliuiſci nõ potuerunt. Princeps enim eorũ in curia interrogatus quã pœnam mereref: Reſpondit: quã merent: qui cũ ſe dignos libertate iudicarent arma ſũpſerãt: exaſperatiſque. P. conſcriptorũ animos uerbis inflamauerat. Sed Plautius conſul fauẽs priuernatũ cauſæ regreſſũ animoſo eius dicto obtulit: quæſiuitque qualẽ cũ eis pacẽ habituri romani eſſent impunitate donata: at is conſtantiſſimo uultu: Si bonam dederit inquit perpetuã. ſi malã non diuturnã. qua uoce perfectũ ẽ: ut uictis nõ ſolum uenia: ſed etiam ius & beneficium noſtræ ciuitatis daretur ſic ĩ ſenatu priuernas loqui auſus eſt.

De Lucio Craſſo.

l Vcius uero Philippus conſul aduerſus eũdem ordinẽ libertatẽ exercere nõ dubitauit: nam ſegniciẽ pro roſtris exprobrãs: alio ſibi ſenatu opus eſſe dixit: tantumque a pœnitẽtia dicti abfuit: ut etiam Lucio Craſſo ſummæ dignitatis & eloquentiæ uiro id ĩ curia grauiter ferenti manum iniici iuberet. Ille reiecto littore. nõ es inquit mihi Philippe conſul: quia nec ego tibi ſenator ſum.

De Publio Scipione Africano.

q Vid Philippum ab incurſu ſuo tutum libertas reliquit: ĩmo & ſimiliter agreſſa: & æque experta patiẽtia ẽ. Cn. Carbo tr. pl. nuper ſepultæ gracchanæ ſeditionis turbulentiſſimus uindex. idẽq; orientium ciuilium malorum fax ardentiſſima. Publiũ Africanũ a numãciæ ruinis ſummo cum gloriæ fulgore ueniẽtem: ab ipſa pœne porta ĩ roſtra productum: quid de Tiberii Gracchi morte: cuius ſororem ĩ matrimonio habebat: ſentiret: ĩterrogauit. ut auctoritate clariſſimi uiri inchoato iam ĩcendio multum incremẽti adiiceret: qa nõ dubitabat quin propter tam artam affinitatem: aliquid pro interfecti neceſſarii memoria miſerabiliter eſſet locuturus. At is iure eum cæſum uideri reſpondit: cui dicto: cum concio tribunicio furore iſtĩcta uiolenter ſucclamaſſet. Taceant inquit: quibus Italia nouerca ẽ: orto deinde murmure. nõ efficietis ait: ut ſolutos uerear: quos alligatos adduxi. Vniuerſus populus iteꝝ ab uno contumelioſe correptus erat. quantus eſt honos uirtutis & actũ tacuit recens uictoria ipſius numantina: & patris macedonica deuicteq; Carthaginis ſpolia habita ac duorũ regũ Siphacis & Perſæ ante triumphales currus catenæ ceruices tũc totius fori premẽtes ora clauſerũt: nec timori datũ ẽ ſilẽtiũ: ſed qa beneficio Aemiliæ & Corneliæ gentis multi metus urbis



2009 Ministerio de Cultura

atq; Italiæ finiti erãt:plebs romana libertati Scipiõis liberta nõ fuit. Quapropter minus mirari debemus quot ãpliſſima.Cn.Põpeii auctoritas totiens cum libertate luctata eſt:nec ſine magna laude:quoniã omnis generis hominum licentiæ ludibrio ſe eſſe quieta frõte tulit.

De:Cn.Piſone.

c N.Piſo.cũ Manilium Criſpum reum ageret: eũq; euidenter nocẽtem gratia Pompeii uideret eripi.iuuenili impetu ac ſtudio ad accuſationem ꝑfectus multa & grauia crimina præpotẽti defenſori obiecit.interrogatus deinde ab eo cur ſe quoq; nõ accuſaret. Da inquit uades reip.te ſi poſtulatus fueris ciuile bellum non excitaturum: iam de tuo priuſquã de Manilii capite in conſilium iudicis mittam.ita eodem iudicio duos ſubſtinuit reos accuſatiõe Maniliũ: libertate Pompeium:& eoꝝ alterum lege peregit: Alterum ꝑfeſſiõe qua ſolum poterat.

De Catone.

q Vid poterat ergo libertas ſine Catone? nec magiſquã Cato ſine libertate.Nam cũ in ſenatorem nocẽtem & infamẽ reũ. iudex ſediſſet tabellæque.Cn.Pompeii laudationẽ eius continentes prolatæ eſſent:ꝓculdubio efficaces futuræ proxima ſubmouit eas e quæſtione:legem recitando:qua cautum erat ne ſenatoribus tali auxilio uti liceret.Huic facto perſona admirationem ademit: Nã quæ in alio audacia uidereť:in Catone fiducia cognoſcitur.

De.C.Lentulo Marcellino conſule.

c N.enim Lentulus Marcellinus conſul cum in cõcione de Magni Pompeii nimia potentia cõquereretť: aſſenſuſq; illi clara uoce uniuerſus populus eſſet acclamate ĩquit.acclamate quirites dũ licet:iam.n.nobis impune facere non licebit:pulſata eſt tunc eximii ciuis potentia:hinc inuidioſa querela:hinc lamentatione miſerabili.

c Vi candida faſcia crus alligatum habenti Fauonius nõ inqt refert qua in parte corporis ſit diadema exigui panni cauillatione regias eius uires exprobrans.At is neutra in parte mutato uultu utrũq; cauit:ne aut hilari frõte libenter agnoſcere potentiam:aut triſti iram ꝑfiteri uidereť. eaq; patientia inferioris etiam generis & fortunæ hominibus aditum aduerſus ſe dedit: e quorũ turba duos rettuliſſe abũde erit.

De Aelio Mantia Formiano filio libertini.

a Elius Mantia Formianus libertini filius ultimæ ſenectutis.L. Libonem apud Cenſores accuſabat: in quo certamine cum

2009 Ministerio de Cultura

Pompeius Magnus humilitatē ei ætatemque exprobrās ab inferis il
lū ad accuſandū remiſſū dixiſſet: nō mentiris inquit Pompei uenio
ab inferis i. L. Libonem accuſator uenio: ſed dū illuc moror uidi cru
ētum. Cn. Domitium ænobarbā deflentē: quod ſummo genere na/
tus integerrimæ uitæ: amātiſſimus patriæ: ī ipſo iuuentutis flore tuo
iuſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate conſpicuū Brutum ferro lacera
tum querentē id ſibi prius perfidia: deinde etiā crudelitate tua acci/
diſſe. Vidi. Cn. Carbonē acerrimū pueritiæ tuæ bonorūq; patris tui
defenſorē ī tertio cōſulatu catenis quas tu ei iniici iuſſeras uinctū ob
teſtantē te aduerſus omne fas & nefas cum ī ſūmo eſſet imperio: a te
equite romano trucidatum. Vidi eodem habitu & quiritatu tuo præ
torium uirū perpennā: ſæuitiam tuam execrātem. omneſque eos
una uoce indignātes: quod īdemnati ſub te adoleſcentulo carnifice
occidiſſent. Obducta iam uetuſtis cicatricibus bellorum ciuiliū ua/
ſtiſſima uulnera: municipali homini ſeruitutē paternā redolēti effræ
natæ temeritatis intolerabilis ſpiritus impune reuocare licuit. Itaque
eo tempore & fortiſſimum erat. Cn. Pompeio maledicere & tutiſſi/
mum. ſed nō patit̄ nos hoc lōgiore querela proſequi perſonæ īſequē
tis aliquanto ſors humilior. De Diphilo Tragœdo.

d Iphilus Tragœdus cū Apollinaribus ludis inter actū ad eum
uerſū ueniſſet: in quo hæc ſentētia continet̄: miſeria ueſtra
Magnus eſt: directis ī Pompeium Magnū manibus pronunciauit: re
uocatuſque aliquotiens a populo ſine ulla cunctatione nimiæ illū &
intolerabilis potentiæ reum: geſtu perſeueranter egit. eadem petulan
tia uſus eſt: ī ea quoq; parte uirtutē iſtam ueniet tempus cū grauiter
gemas. De Marco Caſtritio.

m Arci etiam Caſtricii libertate īflamatus animus qui dū Pla/
ceatiæ magiſtratum gereret. Cn. Carbone conſule iubēte de
cretum fieri: quo ſibi obſides a placentinis darentur: nec ſūmo eius
imperio obtēperauit: nec maximis uiribus ceſſit: atq; etiā dicēti mul
tos ſe gladios habere: reſpōdit & ego annos. obſtupuerūt tot legio/
nes tam robuſtas ſenectutis reliquias. ituētes carbonis quoq; ira: qa
materiam ſæuiēdi perquā exiguā habebat paruulū uitæ tempus ab/
latura ī ſeipſa collapſa eſt. De Seruio Galba.

i Am Seruii Galbæ temeritatis plena poſtulatio quod diuū Iu
lium conſumatis uictoriis in foro ius dicētē in hunc modum



2009 Ministerio de Cultura

interpellare ſuſtinuit. C. Iulii Cæſar pro. Cn. Pompeio Magno quondam genero tuo in tertio eius conſulatu pecuniam ſpopondi: quo nomine non appellor. Quid agam? dependam? palã atq; aperte ei bonorum Pompeii uenditionem exprobrando: ut a tribunali ſũmoueret: meruerat. ſed ipſa illud manſuetudine mitius pectus. æs alienũ Pompeii ex fiſco ſuo ſolui iuſſit.

De Caſelio uiro ſapiente.

a Ge Caſelius Vir iuris ciuilis ſcientia clarus quam periculoſe contumax? nullius. n. aut gratia aut auctoritate compelli potuit: ut de aliqua eax rex quas triũuiri dederant: formulam componeret. Hoc animi iudicio uictoriæ eox beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæſaris liberius loqueret: amiciq; ne id faceret: monerent. duas res quæ hominibus amariſſime uident: magnam ſibi licentiam præbere reſpondit: ſenectutem & orbitatem.

Externa De quadam muliere.

i Nſerti ſe tãtis uiris mulier alienigeni ſanguinis: quæ a Philippo rege temulento imerenter damnata. ꝓuocarem ad Philippum inquit ſed ſobrium: excuſſit crapulam oſcitãti: ac præſentis animi ebrium reſipiſcere: cauſaq; diligentius inſpecta iuſtiorẽ ſẽtẽtiã ferre coegit. Igit æquitatẽ quam impetrare non potuerat: extorſit. ac potius præſidium a libertate quam ab innocentia mutuauit.

De quadam fœmina Syracuſana.

i Am illa non ſolum fortis ſed etiam urbana libertas: ſenectutis ultimæ quædam ſyracuſis omnibus Dionyſii tyranni exitium ꝓpter nimiam morũ acerbitatem & intolerabilia onera uotis expetentibus ſola quotidie matutino tẽpore deos ut incolumis ac ſibi ſuperſtes eſſe orabat. Quod ubi is cognouit: non debitam ſibi admiratus beniuolentiam accerſit eam: & qd ita hoc: aut quo ſuo merito faceret: interrogauit: Tum illa certa eſt inquit ratio ꝓpoſiti mei: puella. n. cum grauem tyrannum haberemus carere eo cupiebam: quo interfecto aliquãto tetrior arcem occupauit: eius quoq; finiri dominationẽ magni æſtimabam. tertium te importuniorẽ ſupioribus habere cœpimus rectorem. Itaq; ne ſi tu fueris abſumptus: deterior in locum tuum ſuccedat: caput meum pro tua ſalute deuoueo: tã facetam audaciam Dionyſius punire erubuit..

2009 Ministerio de Cultura

De Theodoro Cirenæo.

i Nter has & Theodorū Cirenæum quaſi animoſi ſpiritus con iugium eſſe potuit: uirtute par: felicitate diſſimile. Is enim lyſimacho regi mortem ſibi minitanti enim uero inquit: magnifica res tibi contigit: quia cantaridis uim aſſecutus es: Cumque hoc dicto acceſus cruci eum affigi iuſſiſſet: terribilis hæc ait: ſit purpuratis tuis: mea quidem nihil intereſt humi an ſublime putreſcam.

De Seueritate Capitulum Tertium.

a Rmet ſe duricia pectus neceſſe ē: dū horridæ ac triſtis ſeueritatis acta narrāt: ut omni mitiore cogitatione ſe poſita rebus auditu aſperis uacet. Ita enim diſtricte & iexorabiles uindictæ & uaria pœnarū genera ī mediū procurrēt. Vtilia quidē legū munimēta: ſed minime ī placido & quieto paginarum numero reponēda. M. Malius unde gallos depulerat īde ipſe præcipitatus ē: quia fortiter defenſā libertatē nefarrie opprimere conatus fuerat: cuius iuſte ultionis nimirū hæc præfatio fuit. Malius eras mihi cū præcipites agebas ſenones: poſtquā imitari cœpiſti: unus factus es ex ſenonib; : huius ſupplicio æternæ memoriæ nota īſerta ē. propter illū. n. lege ſanciri placuit: neq; patricius ī arce: aut ī capitolio habitaret: qui domū eo loci habuerat: ubi nūc ædē monetæ uidemus.

De Seueritate Romæ ī Spuriū Caſſiū.

p Ar indignatio ciuitatis aduerſus Spurium Caſſium erupit: cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit: quam tres magnifici conſulatus: ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus enim populuſq; ro. nō contentus capitali eū ſupplicio afficere: iterēpto domum ſupiecit: ut penatum quoque ſtrage puniretur: in ſolo autem ædem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium potentiſſimi uiri fuerat: nunc religioſæ ſeueritatis monumentum eſt.

De eadem Ciuitate in Spurium Melium.

e Adem auſum Spuriū Melium cōſimili exitu patria mulctauit area uero domus eius quo iuſticia ſupplicii notior ad poſteros perueniret æquimelii appellationem traxit.

q Vantum ergo odii aduerſus hoſtē libertatis inſitum animis antiqui haberēt: parietū ac tectorū in quibus uerſati fuerāt: ruinis teſtabāt. Ideoq; & . M. Flacci & . L. Saturnini ſedicioſiſſimorū ciuium corporibus trucidatis penates ab imis fūdamentis eruti ſūt.

2009 Ministerio de Cultura

Cæterum flacciana area cum diu penatibus uacua manſiſſet a. Q. Catulo cimbricis ſpoliis adornata ẽ.

De eadem in Tiberium & C. Gracchos.

u Iguit in noſtra ciuitate Tiberii & Caii Gracchoꝝ ſũma nobilitas: ac ſpes ampliſſima: ſed quia ſtatũ ciuitatis conati erãt conuellere: inſepulta cadauera iacuerũt. ſupremuſq; humanæ cõditionis honos filiis Gracchi & nepotibus Africani defuit. quinetiã familiares eoꝝ nequis reip. inimicus amicus eſſe uellet: de robore præcipati ſunt.

De. P. Mutio Tribuno Plebis.

i Dem ſibi licere tam. P. Mutius. tr. pl. quã Senatus & Po. Ro. credidit: qui omnes collegas ſuos qui duce Spurio Caſſio id egerant: ut magiſtratibus non ſubrogatis cõmunis libertas in dubiũ uocaret: nouem uiuos incremauit. Nihil ꝓfecto hac ſeueritate fidẽtius: unus. n. tribunus eam pœnam nouem collegis inferre auſus ẽ: quam nouem tribuni ab uno collega exigere exhorruiſſent.

De Senatu in Marcium Clodium.

l Ibertatis adhuc cuſtos & uindex ſeueritas: ſed ꝓ dignitate ẽt ac pro diſciplina æq; grauis. M. enim Clodium ſenatus corſis: quia turpẽ cũ his pacem fecerat: dedit: quẽ ab hoſtibus non acceptũ in publica cuſtodia necari iuſſit. Semel læſa maieſtate imperii: quot modis ira pertinax: uindex: factum eius reſcidit: libertatem ademit: ſpiritum extinxit: corpus contumelia carceris: & deteſtãda gemoniarum ſchalarum nota fœdauit. æq; hic quidem ſenatus animaduerſionem meruerat.

De. Cn. Cornelio Scipione.

c N. autem Cornelius Scipio Hiſpali filius priuſquam mereri poſſet expertus eſt. nam cum ei Hiſpania prouincia ſorte obueniſſet: ne illuc iret decreuit: adiecta cauſa qđ recte facere neſciret. Itaq; Cornelius ꝓpter uitæ inhoneſtum actum ſine ullo ꝓuiciali miniſterio tantũmodo repetundaꝝ lege damnatus eſt.

De Senatu Romæ in Caio Vetieno.

n E in. C. quidem Vetieno qui ſiniſtræ manus digitos ne bello italico militaret: abſciderat: ſeueritas ſenatus ceſſauit. publicatis. n. bonis eius ipſum æternis uinculis puniendũ cẽſuit: affecitq;: ut quem honeſte ſpiritum profundere in acie noluerat: turpiter in catenis conſumeret.

De. M. Curio conſule.

i D factũ imitatus. M. Curius cõſul cũ delectũ ſubito educere

2009 Ministerio de Cultura

coactus eſſet:& iuniorũ nemo reſpondiſſet:coniectis ĩ ſortẽ omnibꝫ tribubus Poliæque proxima exierat:primum nomẽ urna extractum citari iuſſit:neque eo reſpondente bona adoleſcentis haſtæ ſubiecit. Quod ut illi nunciatum eſt ad conſulum tribunal cucurrit:collegiũ que tribunorum appellauit. Tunc. M. Curius præfatus nõ opus eſſe eo ciue rei publicæ:qui parere neſciret:& bona eius & ipſum uændi dit.

De Lucio Domitio Prætore.

n Eque tenax propoſiti. L. Domitius:Nã cũ Siciliã prætor Romanus regeret:& ad eũ eximiæ magnitudinis aper allatus eſſet:adduci ad ſe paſtorem:cuius manu occiſus erat:iuſſit:Interrogatũque qua ui eam beſtiam cõfeciſſet:poſtquã comperit uſũ uenabulo:crucifixit:quia ipſe ad exturbãda latrocinia:quibus prouincia uaſtabat: nequis tælũ haberet edixerat. hoc aliquis ĩ fine ſeueritatis & ſeuiciæ ponẽdum dixerit:diſputatione enim utroqꝫ flecti poteſt. Cæterum ratio pub. imperii prætorem nimis aſperum exiſtimari nõ patitur. Sic ſe ĩ uiris puniendis ſeueritas exercuit. Sed nec ĩ fœminis ꝗdem ſupplicio afficiendis ſegniorẽ ſe egit.

De Horatio erga ſororem.

h Oratius poſt prælium triũ curiatiũ cæterũ condicione pugnæ omniũ albanorũ uictor:cum ex illa clariſſima acie domum repetẽs ſororẽ ſuã uirginẽ Curiatii ſponſi mortẽ profuſius quam illa ætas debebat. flentẽ uidiſſet:gladio quo patriæ rem bene geſſerat:ĩteremit:parum pudicas ratus lachrymas quæ præpropero amori dabantur. Quẽ hoc nomine reũ apud populũ actũ pater defẽdit. Ita paulo propenſior animus puellæ ad memoriã futuri uiri fratrẽ ferocem uindicem & uindictæ tam rigidum aſſenſorẽ patrem habuit.

i. nimis festino

De Spurio Poſtumo Albino & Quinto Marco Philippo.

Onſimili ſeueritate ſenatus poſtea uſus:D. Spurio poſtumo Albino &. Q. Marco Philippo conſulibus mandauit:ut de his quæ ſacris bacchanaliũ inceſtu uſæ fuerant:inquireret:a quibus cum multæ eſſent damnatæ ĩ omnes cognitas ĩtra domos animaduerterunt:lateqꝫ patens obprobrii deformitas ſeueritate ſupplicii emendata eſt:quia quantum ruboris ciuitati noſtræ mulieres turpiter ſe gerẽdo incuſſerant:tantũ laudis grauiter punitæ attulerũt.

De propinquis Publiciæ & Luciniæ fœminarum.

p Vblicia autẽ quæ Poſtumũ Albinum cõſulem. item Licinia

2009 Ministerio de Cultura

quæ Claudium Aſelium uiros ſuos ueneno necauerunt: propinquo rum decreto ſtrangulatæ ſunt: non .n. putauerũt ſeueriſſimi uiri: in tam euidenti ſcelere longum publicæ quæſtionis tempus expectã dum. Itaq; quarũ ĩnocentium defenſores fuiſſent: ſontium maturi uindices extiterunt: magno ſcelere horum ſeueritas ad exigendã uin dictam concitata eſt.

De Egnato Metello.

e Gnati autem Metelli longe minori de cauſa: qui uxorẽ quod uinum bibiſſet: fuſte percuſſam interemit. Idq; factũ nõ ac/ cuſatore tantũ: ſed etiã reprehenſore caruit: uno quoq; exiſtimante optimo illam exemplo uiolatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe: & ſane quæcũq; fœmina uini uſum ĩmoderato appetit: & uirtutibus oĩbus ianuam claudit: & delictis aperit.

Percuditur mulier a marito suo quia vinũ biberit. sed hodie non servatur [handwritten marginal note]

De. C. Sulpitio Gallo.

h Orridum. C. quoq; Sulpitii Galli maritale ſuppliciũ: nã uxo rem dimiſit: quod eam capite aperto foris uerſatã cognoue/ rat abſciſſa ſententia: ſed tamen aliqua ratione mota. Lex. n. inquit tibi meos tantum præfiniuit oculos: quibus formam tuã approbes: & placere deſyderes: his decoris inſtrumenta compara: his eſto ſpeci oſa: horum te certiori crede notitiæ: ulterior tui cõſpectus ſupuacua irritatione accerſitus in ſuſpicione & crimine hæreat neceſſe eſt.

De. Q. Antiſtio Vetere.

n Ec aliter ſẽſit Quintus Antiſtius Vetus repudiando uxorẽ: quod illam in publico cũ quadã libertina uulgari ſecreto lo/ quentẽ uiderat: nam ut ita dicam: incunabulis culpæ & nutrimentis nõ ipſa cõmotus culpa citeriorẽ delicto præbuit ultionẽ: ut potius ca ueret iniuriã: quã uindicaret.

De. P. Sempronio Sopho.

i Vngendus eſt his. P. Sempronius Sophus: qui cõiugẽ repu/ dii nota affecit: nihil aliud quã ſe ignorante ludos auſam ſpe ctare: ergo dum ſic olim fœminis occurrit: mẽs eaꝝ a delictis aberat: Cæterum & ſi romanæ ſeueritatis exemplũ totus orbis terraꝝ ĩſtrui poteſt: tamen externa ſummatim cognoſcere faſtidio non ſit.

Externa De Archilocho poeta.

l Acedæmonii libros Archilochi e ciuitate ſua exportari iuſſe/ rũt: quod eoꝝ parum uerecundã ac pudicam lectionẽ arbitra bant: noluerũt. n. ea liberorum ſuoꝝ animos imbui: ne plus moribꝫ noceret: quam ingeniis prodeſſet. Itaque maximum Poetam: aut cer te ſummo proximum quia domum ſibi inuiſam oſcenis maledictis

2009 Ministerio de Cultura

lacerauerat: carminũ exilio mulctarũt. De Athenienſibus.

a Theniẽſes autẽ Timagorã inter officiũ ſalutationis Darium Regẽ more gentis illius adulatũ capitali ſupplicio affecerũt: Vnius ciuis humilibus blanditiis totius urbis ſue decus pſicæ domi/nationi ſũmiſſũ grauiter ferentes. De Cambyſe Rege.

i Am Cambyſes inuſitatæ ſeueritatis. qui mali cuiuſdã iudicis ex corpore pellem detractam ſellæ intendit: in eaque filiũ eius iudicaturum conſidere iuſſit. Cæterum & Rex & barbarus atroci ac noua pœna iudicis nequis poſtea corrũpi iudex poſſet: prouidit.

Grauiter dicta aut facta Cap. iiii.

m Agnã & bonam laudis partẽ ĩ claris uiris etiam illa uẽ dicant: quæ aut ab his grauiter dicta aut facta ꝑtinax memoria uiribus æternis cõprehendit. quorũ ex abũ danti copia. nec parca nimis: nec rurſus auida manu quo magis deſyderio ſatiſfaciat quã ſacietati abundet: hauriamus.

De Malio Torquato.

c Iuitate noſtra cannenſi clade percuſſa cũ admodum tenui fi lo ſuſpenſa reip. ſalus ex ſociorum fide penderet: ut eorũ ani mi ad imperiũ romanũ tuẽdum conſtantiores eſſent: maiori parti ſe natus principes latinorũ ĩ ordinẽ ſuũ ſublegi placebat. Anius autem Campanus etiam conſulem alterum Capuæ creari debere aſſeuera/bat: ſic cõtuſus & æger romani imperii ſpiritus erat. tunc Malius tor quatus filius eius: qui latinos apud Veſerim inclinata pugna fude/rat: quam poterat clara uoce denũciauit. Siquis socioꝝ inter patres. C. ſententiam dicere auſus eſſet: cõtinuo ſeipſũ ĩterempturũ. hæ uni us minæ & romanorum languentibus animis calorem priſtinũ red/diderũt: & Italiam ad ius ciuitatis nobiſcũ exequẽdum conſurgere paſſæ non ſunt: nanque ut patris armis ita uerbis filii fracta ceſſit.

De Manilio.

p Ar illius quoq; Manilii grauitas: cui cum conſulatus omniũ conſenſu deferretur: eumq; ſub excuſatione aduerſæ ualitu dinis oculorum recuſaret inſtantibus cunctis: alium inquit quirites quærite: ad quẽ hunc honorẽ tranſferatis. nam ſi me gerere eũ coge ritis: nec ego mores ueſtros ferre: nec uos meũ imperiũ perpeti pote/ritis ſi priuati tam ponderoſa uox quam graues faſces conſulis exti tiſſent. De Scipione Aemiliano.

2009 Ministerio de Cultura

n Ihilo ſegnior Scipionis Aemiliani aut in curia: aut in cōcione grauitas: qui cum haberet conſortem cenſuræ: Mumium ut nobilem ita eneruis uitæ: pro roſtris dixit: ſe ex maieſtate reip. oīa geſturum: ſi ſibi ciues: uel dediſſent collegam: uel non dediſſent.

De eodem Scipione.

i Dem cum Seruius Sulpitius Galba & Aurelius cōſules in ſenatu cōtenderēt: uter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteret: ac magna inter. C. diſſenſio eſſet: omnibus quo nam eius ſentē tia inclinaret expectantibus: neutrū inquit mihi mitti placet: quia alter nihil habet: alteri eſt nihil ſatis: æque malam licentis impii magiſtram iudicās inopiā: atq; auariciam: quo dicto ut neuter in prouinciā mitteret: obtinuit.

De Popilio legato.

c N. uero Popilius a ſenatu legatus ad Antiochum miſſus: ut bello ſe quo Ptolemæū laceſſebat: abſtineret: cum ad eū ueniſſet: atq; is ꝓmpto animo & amiciſſimo uultu dextram ei porrexiſſet: inuicē ei ſuam porrigere noluit: ſed tabellas ſenatuſcōſultū continentes tradidit: quas ut legit Antiochus: dixit ſe cū amicis collocuturū. indignatus Popilius quod aliquam morā interpoſuiſſet: uirga ſolum quo inſiſtebat: denotauit: & prius inquit quā hoc circulo excedas da reſponſum quod ſenatui referam. non legatum locutum: ſed ipſam curiam ante oculos poſitam crederes continuo enim Rex affirmauit fore: ne amplius de ſe Ptolemæus quereret: ac tum demū Popilius manum eius tanquam ſocii apprehendit. Quam efficax ē animi ſermoniſq; abſciſſa grauitas: eodem momēto Syriæ regnum terruit: Aegypti texit.

De Publio Rutilio.

p Vblii autem Rutilii uerba prius an facta æſtimē: neſcio: nā utriſq; æque admirabile ineſt robur. Cum amici cuiuſdam iniuſtæ rogationi reſiſteret: atq; is per ſummā īdignationē dixiſſet. Quid ergo inquit mihi opus eſt amicicia tua: ſi quæ rogo nō facis: reſpōdit: īmo qd mihi tua: ſi ꝓpter te aliqd inhonoſte facturus ſū.

h Vic uoci conſentanea illa opera quod magis ordinū diſſēſiōe quā illa culpa ſua reus factus: nec obſoletam ueſtem īduit: nec īſignia ſenatoris depoſuit: nec ſupplices ad genua iudicū manus tetēdit: nec dixit quicquam ſplendore præteritorum annorum humilius: effecitq; ut periculum non impedimētum grauitatis eius eſſet ſed experimentum: atque etiam cum ei reditum in patriā ſcyllana

2009 Ministerio de Cultura

uictoria præſtaret: in exilio ne quid contra leges faceret: remãſit: qua propter felicitatis cognomẽ iuſtius quis moribus grauiſſimi uiri quã impotentis armis aſſignauerit. Quod quidem Scylla rapuit: Rutilius meruit.

De Marco Bruto.

m Arcus Brutus ſuarum prius uirtutũ quam patriæ parentis parricida. uno enim facto & illas ĩ profundũ præcipitauit: & omnẽ ſui nominis memoriã ĩexpiabili deteſtatione pfudit. ultimum prælιũ initurus negãtibus id quibuſdã cõmitti oportere: fidenter inquit ĩ aciẽ deſcendo: hodie enim aut recte erit: aut nihil curabo. præſumpſerat uidelicet neq; uiuere ſe ſine uictoria: neque mori ſine ſecuritate poſſe.

De populo Cininienſi.

h Vius mentio mihi ſubiicit: quod aduerſus. D. Brutũ ĩ Hiſpania grauiter dictũ ẽ: referre: nã cũ ſe ei tota pœne Luſitania dediſſet: ac ſola gẽtis huius urbs Cinania pertinaciter arma retineret tẽptata redẽptione propemodũ uno ore legaris Bruti reſpõdit: ferrũ ſibi a maiorib; quo urbẽ tuerenť: nõ aurũ quo libertatẽ ab ĩperatore auaro emerãt: relictũ. Melius ſine dubio homines noſtri ſanguinis hæc dixiſſent: quã audiſſent. Sed illos qui natura ĩ hæc grauitatis ueſtigia deduxit.

De Socrate philoſopho.

ſ Ocrates autem græcæ doctrinæ clariſſimũ columẽ: cũ Athenis cauſã diceret: defenſionẽ quæ ei Lyſias a ſe cõpoſitã: qua ĩ iudicio utereť: recitaſſet. dimiſſã & ſupplicẽ ĩminẽtiq; pcellæ accomodatã: aufert ĩqt quæſo iſtã. nã ego ſi adduci poſſẽ: ut ea in ultima Scythiæ ſolitudine perorarẽ: tum meipſũ morte mulctandũ cõcederẽ. Spiritũ contẽpſit: ne careret grauitate. maluitq; Socrates extigui quam Lyſias ſupereſſe.

De Alexandro Rege.

q Vantus hic in ſapientia: tantus in armis Alexander illã uocẽ nobiliter edidit. Dario enim uno iam & altero prælio uirtutẽ eius experto atque ideo partem regni Tauro tenus monte & filiam ĩ matrimonium cum decies centummillibus talentum pollicente: cũ Parmenion dixiſſet: ſe ſi Alexander eſſet uſurũ ea condicione reſpondit: & ego uterer ſi Parmenion eſſem: Vocem duab; uictoriis reſpõdentẽ dignaq; cui tertia ſicut euenit: tribueretur.

Externa de Lacedæmoniis.

a Tq; hæc quidẽ & animi magnifici & pſperi ſtatus: illa uero qua legati lacedæmonioꝝ apud patrẽ eius miſeram fortunæ

2009 Ministerio de Cultura

ſuæ condicionem teſtati ſunt: glorioſior quam optabilior. Intolerabilius. n. oneribus ciuitatem eoꝝ implicanti ſiquid morte grauius ĩperare perſeueraret: mortem ſe prælaturos reſponderunt.

De quodam ſpartano.

n Ec parum graue Spartani cuiuſdam dictum: ſiquidẽ nobilitate & ſanctitate præſtans: & in petitiõe magiſtratus uictus maxime ſibi eſſe lætitiæ prædicauit: quod aliquos patria ſua ſe meliores uiros haberet: quo ſermone repulſam honori adæquauit.

De Iuſticia Capitulum Quintum.

t Empus eſt iuſticiæ quoq; ſãcta penetralia adire: ĩ qbus ſemper æqui ac ꝓbi facti reſpectus religioſa cũ obſeruatione uerſat̃: & ubi ſtudium uerecũdiæ cupiditas rationi cedit: nihilq; utile quod parum honeſtũ uideri poſſit: ducit̃: eius autẽ præcipuũ & certiſſimũ inter oẽs gẽtes noſtra ciuitas exemplũ eſt.

De Senatu Populo Romano.

c Amillo cõſule faliſcos circũſedente magiſter ludi plurimos & nobiliſſimos inde pueros uelut ambulandi gratia eductos in caſtra romanoꝝ perduxit. quibus interceptis non erat dubiũ quin faliſci depoſita belligerãdi pertinacia: tradituri ſe noſtro imperatori eſſẽt: ea re cognita ſenatus cenſuit: ut pueri uinctum magiſtrũ uirgis cedẽtes ĩ patriã remitterent̃: qua iuſticia animi eoꝝ ſunt capti. quoꝝ mœnia expugnari nõ poterãt: nãq; faliſci beneficio magiſquã armis uicti portas romanis aperuerũt.

De eodem Senatu.

e Adem Ciuitas aliquotiens rebellando: ſemperq; aduerſis cõtuſa præliis: tandẽ ſe. Q. Luctatio cõſuli dedere coacta eſt: aduerſus quã ſæuire cupiens populus ro. poſtq̃ a Papyrio cuius manu iubente cõſule uerba deditionis ſcripta erãt: doctus eſt faliſcos nõ poteſtati ſed fidei ſe romanoꝝ cõmiſiſſe: omnẽ irã placida mẽte depoſuit: pariterq; & uiribus odii nõ ſane facile uinci aſſuetis & uictoriæ obſequio quæ ꝓmptiſſime licentiam ſubminiſtrat: ne iuſticiæ ſuæ deeſſet obſtitit.

De eodem Populo Romano.

i Dem cum conſul. P. Claudius camerinos ductu atq; auſpiciis ſuis captos ſub haſta uændidiſſet: & ſi ærarium pecunia fines agris auctos aĩaduertebat: tamẽ quia parũ liquida fide id geſtũ ab ĩperatore uidebat̃ maxima cura cõqſitos redemit: hiſq; habitãdi gratia locũ in aduentino aſſignauit: & prædia reſtituit: pecuniam etiam

2009 Ministerio de Cultura

nõ ad curiã:ſed ad ſacraria ædificanda:ſacrificiaq; facienda tribuit. iuſticiæ quæ promptiſſimo tenore effecit:ut exitio ſuo lætari poſſẽt: qa ſic renati erant Mœnibus noſtris & finitimis regionibus quæ ad huc rettuli:quod ſequitur:per totum terrarum orbem manauit.

De eodem Senatu & Fabricio.

t Imochares ambracienſis Fabricio conſuli pollicitus eſt ſe Pyrrhum ueneno per filiũ ſuũ:qui potionibus præerat necaturũ ea res cum ad ſenatũ delata eſſet:miſſis legatis Pyrrhum monuit:ut aduerſus huius generis ĩſidias cautius ſe gereret:memor urbẽ a filio Martis conditam armis bella nõ uenenis gerere debere. Timocharis autem nomen ſuppreſſit:utroq; modo æquitatẽ amplexus: qa nec hoſte malo exemplo tollere:nec eũ qui bene mereri paratus fuerat: prodere uoluit.

De quattuor tribunis plebis.

ſ Vmma iuſticia ĩ quattuor quoq; tribunis plebis eodẽ tẽpore cõſpecta eſt. Nam cũ Lucio Atracinio ſub quo duce aciem noſtram apud ferugine a uolſcis ĩclinatam cum cæteris æquitibus correxerant:diẽ ad populũ.L.Hortẽſius collega eorum dixiſſet: pro roſtris iurauerunt in ſquallore ſe eſſe:quo ad imperator ipſorum reus eſſet futurus:Nõ ſuſtinuetũt enim egregii iuuenes cuius armati piculũ uulneribus & ſanguine ſuo defenderant: eius rogati ultimum diſcrimen:poteſtatis inſignia retinẽtes intueri:qa iuſticia mota concio actione Hortẽſium deſiſtere coegit:quæ ſe etiam ei facto quod ſequitur:exhibuit.

De Tiberio Graccho & Caio Claudio.

c Vm Tiberius Gracchus &.C.Claudius ob nimis ſeuere geſtã cẽſurã maiorẽ partẽ ciuitatis exaſpaſſẽt diẽ his.M. Popilius tribunus ꝑduellionis ad populũ dixit:præter cõmunẽ conſternationẽ priuata etiã ira accẽſus qa neceſſariũ eius Rutilio ex publico loco parietẽ demoliri iuſſerãt:quo ĩ iudicio primæ claſſis permultæ cẽturiæ Claudiũ aperte damnabãt:de Gracchi abſolutione uniuerſæ cõſentire uidebantur.qui clara uoce iurauit ſi de collega ſuo grauius eſſet iudicatũ:ĩ factis ſe paribus eandẽ cũ illo pœnã exilii ſubiturũ: eaq; iuſticia tota illa tẽpeſtas ab utriuſq; fortunis & capite depulſa ẽ:Claudiũ enim populus abſoluit:Graccho cauſæ dictionẽ.M.Popilius remiſit.

De collegio tribunorum.

m Agnã laudẽ & illud collegiũ Tribunorum tulit:quod cum unus ex eo.L.Cocta fiducia ſacroſãctæ poteſtatis creditorib;



2009 Ministerio de Cultura

ſuis ſolueř nollet: decreuit: ut ſi neq; ſolueret pecuniā: neq; daret ſe: cum quo ſpōſio fieret: appellantib; eū creditoribus auxilio futurū iniquū ratus maieſtatē publicā priuatæ pfidiæ obtentui eſſe. Itaq; co actā i tribunatu quaſi i aliquo ſacrario latentē tribunicia ide iuſticia extraxit.

De. Cn. Domitio tribuno plebis.

c Vius ut ad aliū æque illuſtrem trāſgrediar. Cn. Domitius tribunus plebis. M. Scaurū principē ciuitatis in iudiciū populi deuocauit: ut ſi fortuna aſpiraſſet ruinā: ſi minus: certe ipſa obtrectatione āpliſſimi uiri icrementū claritatis appræhenderet: cuius opprimēdi cū ſūmo ſtudio flagraret: ſeruus Scauri ad eum nocte peruenit: iſtructurum ſe eius accuſationē multis & uariis domini criminibus pmittens: erat i eodē pectore inimicus: & Domitius & domius diuerſa æſtimatione nefarrium iudiciū ppendens: iuſticia uicit odiū. cōtinuo. n. & ſuis aurib; obſeratis & iudicis ore clauſo duci eum ad Scaurum iuſſit accuſatorē etiā reo ſuo ne dicā diligendum certe laudandum quem populus tum ppter alias uirtutes: tum hoc nomine libentius & conſulem: & cenſorē: & pontificem maximum fecit.

De Lucio Craſſo.

n Ec aliter ſe. L. Craſſus in eodē iuſticiæ expimento geſſit. Cn. Carbonis nomen iſeſto animo utpote inimiciſſimum ſibi detulerat: ſed tam̄ ſcrinium eius a ſeruo allatum ad ſe cōplura cōtinēs: qbus facile opprimi poſſet: ut erat ſignatum cum ſeruo catenato ad eum remiſit. Quo pacto igiť iter amicos uiguiſſe tunc iuſticiā credimus: cum iter accuſatores quoq; & reos tantū uirium obtinuiſſe uideamus.

De. L. Scylla.

i Am. L. Scylla nō ſe tam icolumem quā Sulpitiū Ruffū pditū uoluit tribunitio furore eius ſine ullo fine uexatus. Cæterū cū eum pſcriptū & i uilla latentem a ſeruo pditū cōperiſſet: manumiſſum parricidā: ut fides edicti ſui extaret: præcipitari ptinus ſaxo Tarpeio cum illo ſcelere parto Pileo iuſſit: uictor Alioquin inſolens hoc iperio iuſtiſſimus.

Externa De Pittaco Mitylenæo.

u Erum ne alienigenæ iuſticiæ obliti uideamur Pittacus Mitylenæus cuius aut meritis tantū ciues debuerūt: aut moribus crediderunt: ut eius ſuffragiis tyrānidē deferrēt: tā diu illud iperium ſuſtinuit: quā diu bellū de Sygæo cum athenieſib; gerendum fuit: poſtquā autē pax uictoria parata ē: cōtinuo reclamātib; Mitylenæis

2009 Ministerio de Cultura

depoſuit: ne dominus ciuiũ ultra quã reip. neceſſitas exegerat: pma/
neret. atq; etiã eũ recupati agri dimidia pars cõſenſu omniũ offerre
tur: auertit animũ ab eo munere: deforme iudicãs uirtutis gloriã ma
gnitudine prædæ minuere. De Ariſtide Athenienſi.

a Lterius nũc mihi prudentia referẽda eſt: ut alterius repræſẽ
tari iuſticia poſſit cũ ſaluberrimo conſilio Themiſtocles mi
grare Atheniẽſes ĩ claſſẽ coegiſſet. Xerxeq; & copiis eius Græcia pul
ſis ruinas patriæ ĩ priſtinũ habitũ reformaret: & opes clãdeſtinis mo
litionibus ad principatũ Græciæ capeſcẽdũ nutriret: in cõcione dixit
habere ſe rem deliberatione ſua prouiſam: quam ſi fortũa ad affectũ
perduci paſſa eſſet: nihil maius aut potentius Atheniẽſi populo futu
rum: ſed eam uulgari nõ oportere: poſtulauitq; ut aliquis ſibi cui il
lam tacite exponeret: daretur: datus ẽ Ariſtides. Is poſtq̃ recognouit
claſſem illam lacedæmonioꝝ: quæ tota apud Citheũ ſubducta erat:
uelle incendere: ut ea cõſumpta dominatio maris ipſis cederet: pro/
ceſſit ad ciues: & rettulit Themiſtoclem ut utile cõſilium ita minime
iuſtũ animo uoluere: eueſtigio uniuerſa concio quod æquũ nõ uide
retur: nec expedire quidẽ proclamauit: ac protinus Themiſtoclem ĩ
cœpto iuſſit deſiſtere. De Seleuco Locrenſi.

n Ihil illis etiã iuſticiæ exemplis fortius. Seleucus urbe Locren
ſiũ a ſe ſaluberrimis atq; utiliſſimis legibus munita: cũ filius
eius adulterii crimine damnatus ſecundũ ius ab ipſo cõſtitutũ utro
que oculo carere deberet: ac tota ciuitas ĩ honorẽ patris neceſſitatem
pœnæ adoleſcentulo remitteret: aliquãdiu repugnauit: ad ultimum
precibus populi euictus ſuo prius: deinde filii oculo eruto uſũ utriq;
uidendi reliquit. Ita debitũ ſupplicii modũ legi reddidit æquitatis ad
mirabili temperamẽto ſe inter miſericordẽ patrem & iuſtum legiſla
torem partitus. De Charunde Tyrio.

Ed aliquãto Charũde Tyrii præfractior & abſciſſior iuſticia ad
uim & cruorẽ uſq; ſeditioſas cõciones ciuiũ pacauerat: lege ca
uẽdo ut ſi quis eas cũ ferro ĩtraſſet: cõtinuo interficeret: interiecto de
inde tẽpore ex lõginquo rure gladio accinctus domũ repetẽs ſubito
ĩ dicta cõcione ſicut erat: ĩ eam proceſſit: ab eoque qui proxime cõſti
terat ſolutæ a ſe legis ſuæ monitus: Idẽ ego illam ĩquit ſanciã: ac pro
tinus ferro quod habebat diſtricto ĩcubuit: cũq; liceret culpã uel diſ
ſimulare: uel errore defẽdere: pœnã tamen repreſẽtare maluit nequa



2009 Ministerio de Cultura

fraus iuſticiæ fieret. De fide publica. Cap.vi.

c Vius imagine ante oculos poſita uenerabile fidei numē dexteram ſuā certiſſimū ſalutis humanæ pignus oſtentat: quā ſemp in noſtra ciuitate uiguiſſe & oms gentes ſenſerunt: & nos paucis exemplis recognoſcamus.

De Senatu Po.Ro.& Marco Aemilio Lepido.

c Vm Ptolemæus Rex tutorem populū Ro.filio reliquiſſet: Senatus.M.Aemiliū Lepidum pontificē maximū bis cōſulē ad pueri tutelā gerendā Alexādriā miſit: ampliſſimiq; & integerrimi uiri ſanctitatē reip.uſibus & ſacris cōparatam externæ procurationi uacare uoluit: ne fides ciuitatis noſtræ fruſtra petita exiſtimaret: cuius beneficio regio cunabula conſeruata pariter: ac decorata incertū Ptolemæum reddiderūt: patris ne fortuna magis: an tutoris maieſtate gloriari deberet.

De Ciuitate Romæ.

ſ Peciosa quoq; illa romana fides ingenti pœnoꝝ claſſe circa Siciliam deducta. duces eius fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. Quoꝝ dux Amilcar ire ſe ad cōſules negabat audere: ne eodem modo catenæ ſibi iniicerent: quo ab ipſis Cornelio Aſyriæ cōſuli fuerāt iniectæ. Hanno autē certior Romani animi æſtimator nihil tale timendū ratus maxima cū fiducia ad colloquiū eoꝝ tetendit: apud quos cū de belli fine ageret: & tribunus militū ei dixiſſet: poſſe illi merito euenire: quod Cornelio accidiſſet: uterq; cōſul tribuno tacere iuſſo: iſto te inquit metu Hanno fides ciuitatis noſtræ liberat: claros illos fecerat tantū hoſtium ducē uincere potuiſſe ſed multo. clariores fecit noluiſſe.

De eodem Senatu.

a Duerſus eoſdē hoſtes parem fidem in iure legationis tuēdo. P.conſcripti exhibuere .M.n. Aemilio Lepido .L. Flaminio cōſulibus.L.Minutiū.L.Manlium carthaginenſium legatis qa manus his attulerāt: pfeciales reddēdos curauerūt: Sed tūc Senatus nō eos qbus hoc præſtabat: aſpexit.

De Superiore Africano.

c Vius exēplum Superior Africanus ſecutus cū honuſtā multis & illuſtribus carthaginēſium uiris nauem i ſuam poteſtatem redegiſſet: inuiolatam dimiſit: quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant. tam & ſi manifeſtum erat illos uitandi præſētis piculi gratia falſū legatiōis nomē amplecti: ut romani impatoris potius decepta fides quā fruſtra implorata iudicaret.

De Senatu Po.Ro.

2009 Ministerio de Cultura

r Epræſentemus etiã illud ſenatus nullo modo prætermitten/
dũ opus. legatos ab urbe Apollonia Romã miſſos. Q. Fabi/
us. Cn. Sempronius ædilis orta cõtentione pulſauerũt. quod ubi cõ/
perit cõtinuo eos pfæciales legatis dedit: quæſtoreq; cũ his Brũduſi
um ire iuſſit: nequã ĩ itinere a cognatis deditorũ iniuriã acciperẽt: il/
lam curiã mortaliũ: quis cõſilium an tẽplum fidei dixerit: quã ut ciui
tas noſtra ſemp benignã præſtitit: ita etiam ĩ ſociorum quoq; animis
conſtantem recognouit. Externa.

p Oſt duorũ in Hiſpania Scipionum: totidẽq; romani ſangui
nis exercituũ miſerabilẽ ſtragẽ Saguntini uictricibus Hanni
balis armis ĩtra mœnia urbis ſuæ cõpulſi: cũ uim punicã ulterius ne
quirẽt arcere: collatis ĩ forũ quæ unicuique erãt cariſſima: atq; undi
que circũdatis: accenſiſq; ignis nutrimẽtis ne a ſocietate noſtra deſi/
ſterẽt: publico & cõmuni rogo ſemetipſi ſupiecerũt. Credideri tũc ip
ſam fidẽ humana negotia ſpeculãtẽ mœſtũ geſſiſſe uultũ pſeuerãtiſ
ſimũ ſui cultũ iniquæ fortunæ iudicio tã acerbo exitu dãnatũ cernẽtẽ

i Dem præſtando Petilini eundẽ laudis honorem meruerũt ab
Hannibale: quia deficere a noſtra amicicia noluerũt: obſeſſi
legatos ad ſenatum auxilium ĩplorãtes miſerunt: quibus propter re
centẽ cladem cannẽſem ſuccurri nõ potuit. Cæterũ permiſſum ẽ eis:
ut facerent quod utiliſſimum ĩcolumitati eorũ uideretur. Liberũ er/
go erat carthaginenſium gratiam amplecti. Illi tamen fœminis om/
niq; ætate imbelli egeſta: quo tutius armati famẽ traherent pertina/
ciſſime ĩ muris cõſtiterunt: expirauitq; prius eorum tota ciuitas quã
ulla ex parte romanæ ſocietatis reſpectum depoſuerit: Itaq; Hanni
bali non Petiliam ſed fidum Petiliæ ſepulchrũ capere contigit.

## De fide Vxorum erga Viros Cap. Septimum.

a Tque ut Vxoriã quoq; fidem attigamus: Tertia Aemi
lia Africani prioris uxor: mater Corneliæ matris. Cn. &
T. Gracchorũ tantæ fuit comitatis & patiẽtiæ: ut cum
ſciret uiro ſuo ancillulam ex ſuis gratam eſſe diſſimu/
lauerit: ne domitorẽ orbis Africanum fœmina magnũ uirum impati
entiæ reũ ageret: tantumq; mens eius a uindicta abfuit: ut poſt mor
tẽ Africani manumiſſã ancillulã ĩ matrimoniũ Liberto ſuo daret.

## De Turia Vxore Quinti Lucretii.

q Vintũ Lucretiũ proſcriptũ a triũuiris uxor Turia ĩter camerã



2009 Ministerio de Cultura

& tectum cubili abditum una conſcia ancillula ab iminẽte exitio nõ ſine magno periculo ſuo tutum præſtitit: ſingulariq; fide id egit: ut cũ cæteri ꝓſcripti in alienis hoſtibus regionibꝰ p ſũmos animi & cor poris cruciatus uix euaderent: ille in cubiculo & in coniugis ſinu ſa lutem retineret.

De Sulpicia uxore Lentuli.

ſ Vlpicia autẽ cũ a matre Iulia diligentiſſime cuſtodiret̃: ne Lẽ tulum Cruſtelionẽ uirum ſuũ ꝓſcriptũ a triũuiris in Siciliã ꝓſequeret̃: nihilhominus familiari ueſte ſũpta cum duabus ancillis totidemq; ſeruis ad eum clandeſtina fuga ꝑuenit: nec recuſauit ſeip ſam ꝓſcribere: ut ei fides ſua in cõiuge ꝓſcripto cõſtaret.

De fide ſeruoꝝ erga dominos. Cap. viii.

r Eſtat ut ſeruoꝝ etiam erga dominos: quo minus expec tatam hoc laudabiliorem fidem referamus. Marcus An tonius auorum noſtroꝝ temporibus clariſſimus Orator inceſti reus agebat̃: cuius in iudicio accuſatores ſeruũ in quæſtionem ꝑſeuerantiſſime poſtulabant: quod ab eo cũ ad ſtu prum iret: laternam prælatam contenderẽt: erat autẽ is etiã tum iber bis & ſtabat coram: uidebatque rem ad ſuos cruciatus pertinere: nec tamẽ eos fugitauit. Ille uero ut domum uentũ eſt. Antoniũ hoc noĩe uehemẽtius cõfuſum & ſollicitum ultro eſt hortatus: ut ſe iudicibus torquendum traderet: affirmans nullũ ex ore ſuo uerbum exiturũ: quo cauſa eius læderet̃: ac ꝓmiſſi fidẽ mira patientia præſtitit: pluri mis etiã laceratus uerberibus eculeoq; impoſitus candentibus etiam laminis uſtus omnem uim accuſatoris cuſtodita rei ſalute ſubuer tit. Argui fortuna merito poteſt: quod tam piũ & tã fortẽ ſpiritũ ſer uili nomine incluſit.

De quodam ſeruo Caii Marii.

c Onſulem autẽ. C. Marium prænẽſtinæ obſidionis miſerabilẽ exitum ſortitum. cuniculi latebras fruſtra euadere conatũ: leuiq; uulnere a Leteſino cũ quo mori deſtinauerat: ꝑſtrictũ. ſeruus ſuus ut ſcyllanæ crudelitatis expertẽ faceret: gladio traiectũ ĩteremit: cũ magna præmia ſibi ꝓpoſita uideret: ſi eum uictoribꝰ tradidiſſet: cuius dexteræ tam opportunũ miniſteriũ nihil eoꝝ pietati cedit: a qbus ſalus dominorum protecta eſt: quia eo tẽpore Mario non uita ſed mors in beneficio repoſita erat.

De Philocrate ſeu Euporo ſeruo Gracchi.

n Eq; illuſtre quod ſeq̃t̃. Gracchus ne in poteſtatem inimicoꝝ

2009 Ministerio de Cultura

deueniret Philocrati ſeruo ſuo ceruices incidendas præbuit : quas cū celeri ictu abſcidiſſet gladiū cruore domini madētē ꝑ ſua egit præcordia: Eupo℞ alii hunc uocitatū exiſtimāt: ego de nomine nihil diſputo. familiaris autē tātummodo fidei robur admiror: cuius ſi præſtātiā animi generoſus iuuenis imitatus foret: ſuo nō ſerui beneficio īminētia ſupplicia uitaſſet: nunc cōmiſit ut Philocratis quā Gracchi cadauer ſpecioſius iaceret.

De Pindaro ſeruo Caſſii.

a Lia nobilitas: Alius furor: ſed fidei par exēplum Pindarus. C. Caſſiū philippēſi prælio uictū nuper ab eo manumiſſus iuſſu ipſius obtrūcatum īſultationibus hoſtiū ſubtraxit: ſeque e cōſpectu hominū uoluntaria morte abſtulit ita: ut nec quidē corpus eius abſūpti īueniretur. Quis deo℞ grauiſſimi ſceleris ultor illā dexterā quæ ī necem patriæ parentis exarſerat: tanto corpore alligauit: ut ſe tremebunda Pindari genibus ſubmitteret: ne publici parricidii quas merebatur pœnas: arbitrio pii uictoris exolueret: tu profecto tu diue Iuli cæleſtibus tuis uulneribus debitā exegiſti uindictā: perfidum erga te caput ſordibus auxiliis ſupplex fieri cogendo eo animi æſtu cōpulſum: ut neque retinere uitam uellet. neq; finire manu ſua auderet.

De ſeruis Caii Plotini Planci & de ipſo Caio.

a Diunxit ſe his cladibꝫ. Cn. Plotinus Plancus Munatii Planci cōſularis & cēſorii frater: q cū a triūuiris proſcriptus ī regiōe ſalernitana lateret delicatiore uitæ genere & odore unguenti occultā ſalutis cuſtodiā detexit: iſtis. n. ueſtigiis eo℞ qui miſe℞ ꝑſequebant̄: ſagax īducta cura abditū fugæ eius cubile adorata ē: a qbus cōprehēſi ſerui latētes multūq; ac diu torti negabāt ſe ſcire ubi dominus eſſet. Nō ſuſtinuit deīde Plancus tā fideles tāq; boni exempli ſeruos ulterius cruciari: ſed proceſſit ī mediū iugulumq; gladiis militū obiecit: quod certamen mutuæ beniuolētiæ arduum dignoſci facit. Vtr℞ dignior dominus fuerit: qui tā conſtantē ſeruorum fidē experiretur: an ſerui qui tā iuſta domini miſericordia quæſtionis ſæuitia liberarētur.

De quodam ſeruo Panopionis.

q Vid urbani Panopionis ſeruus quemadmirabilis fidei? q cū ad dominum proſcriptū occidēdum domeſticorum indicio certiores factos milites ī reatinam uillam ueniſſe cognoſceret: cōmutata cum eo ueſte: permutato etiam anulo illum poſtico clam emiſit: ſe autem in cubiculum ac lectulum recepit : & ut Panopionem

2009 Ministerio de Cultura

occidi paſſus eſt. breuis huius facti narratio: ſed non parua materia laudationis: nam ſiquis ante oculos ponere uelit ſubitum militũ ac/curſum cõuulſa ianuæ clauſtra: minacem uocẽ: truces uultus: ful/gentia arma: rem uera exiſtimatione ꝓſequetᷣ: nec quã cito dicitᷣ ali quẽ ꝓ alio mori uoluiſſe tã id ex facili etiã fieri potuiſſe mirabitᷣ: Pa nopio autẽ quantũ ſeruo deberet amplum ei faciendo monumẽtũ: ac teſtimonium pietatis grato titulo reddendo confeſſus eſt: Contẽ/tus eſſem huius exempli generis: niſi unum me dicere admiratio fac ti cogeret.

De Seruo Antii Reſtii.

a Ntius Reſtio ꝓſcriptus a triũuiris cũ omnes domeſticos cir/ca rapinam & prædam occupatos uideret: quã maxime pote/rat diſſimulata fuga ſe penatibus ſuis intempeſta nocte ſubduxit: cu ius furtiuũ egreſſum ſeruus ab eo uinculoꝝ pœna coercitus inexpia/biliq; litteraꝝ nota ꝑ ſũmam oris cõtumeliam inuſtus curioſis ſpecu latus oculis: atq; ueſtigia huc atq; illuc errãtia beniuolo ſtudio ſubſe cutus lateri uoluntarius comes arrepſit. Quo quidã tã exquiſitio: tã ancipiti officio perfectiſſimũ expectate pietatis cumulũ expleuerat. his. n. quoꝝ felicior in domo ſtatus fuerat: lucro intentis: ipſe cũ ni/hil aliud quam umbra & imago ſupplicioꝝ ſuoꝝ maximũ ſibi eſſet emolumentum: eius a quo tam grauiter punitus erat: ſalutem uẽdi/cauit: cumq; abunde foret iram remittere: adiecit etiam caritatẽ: nec hactenus beniuolentia ꝓceſſit: ſed in eo conſeruando mira quoq; ar te uſus eſt: nam ut ſenſit cupidos ſanguinis milites ſupuenire: amo/to domino rogum extruxit: eiq; egentem a ſe comprehenſũ & occiſũ ſenem ſuperiecit: interrogantibꝫ deĩde militibus ubi nã eſſet Antius: manum rogo intentam ibi illũ datis ſibi crudelitatis piaculis uri reſ/pondit: quia ueriſimilia loquebatᷣ habita eſt uoci fides: quo euenit ut Antius ſtatim quærẽdæ incolumitatis occaſionẽ aſſequeretᷣ:

De mutatione Morum & Fortunæ. Cap. ix.

m Vltum animis hominũ & fiducia adiicere & ſolicitudĩs detrahere poteſt morũ ac fortunæ in claris uiris recogni/ta mutatio ſiue noſtros ſtatus ſiue ꝓximorum ingenia cõtemplemur. Nam cum aliorum fortunas ſpectando ex cõdicione abiecta atq; contẽpta claritatem emerſiſſe uideamus: quid aberit quin & ipſi meliora de nobis ſemp cogitemus memores ſtultum eſſe perpetuæ infelicitatis ſe damnare: ſpemque quæ

2009 Ministerio de Cultura

etiã icerta ratione fouet̃: interdũ certã in deſperationẽ conuertere.

De Manilio Torquato filio Lucii Manilii Torquati.

m Anilius autẽ Torquatus adeo hebetis atq; obtuſi cordis iter initia iuuẽtæ exiſtimatus ut a patre Manilio ampliſſimo uiro quia & domeſticis: & rei publicæ uſibus iutilis uidebat̃: rus relegatus agreſti opere fatigaret̃: poſtmodũ patrem reũ iudiciali piculo liberauit: filiũ uictorẽ quod aduerſus imperiũ ſuum cũ hoſte manũ conſeruerat: ſecuri percuſſit: patriam latino tumultu feſſam ſpecioſiſſimo triumpho recreauit. In hoc credo fortunæ nubilo cõtẽptu adoleſcentiæ perfuſum quo ſenectutis eius decus lucidius eniteſceret. lib. 5. c4. lib. 2. c2.

De Scipione Africano Superiore.

ſ Cipio autẽ Africanus Superior: quẽ dii immortales naſci uoluerunt: ut eſſet i quo uirtus ſe p omnes numeros hominibus efficaciter oſtẽderet: ſolutioris uitæ primos adoleſcentiæ annos egiſſe fert̃: remotos quidẽ a luxuriæ crimine: ſed tamẽ punicis trophæis deuictæ Carthaginis ceruicibus impoſito iugo teneriores.

De Caio Valerio Flacco.

q Voque Valerius Flaccus ſecũdi punici belli tẽporibus luxu perditã adoleſcẽtiã ichoauit. Cæterũ a. P. Licinio põtifice maximo flamẽ factus quo facilius a uitiis recederet. ad curã ſacrorũ & cerimoniarũ cõuerſo animo uſus duce frugalitatis religione quantũ prius luxuriæ fuerat exemplũ: tantum poſtea modeſtiæ & ſãctitatis ſpecimen euaſit.

De Quinto Fabio Maximo.

n Ihilque Fabio Maximo qui gallica uictoria cognomẽ allobrogi ſibimet ac poſteris peperit adoleſcentiæ magis infame: nihil eodem ſene ornatius: aut ſpecioſius illo ſæculo noſtra ciuitas habuit.

De Quinto Catulo.

q Vis ignorat. Q. Catuli auctoritatẽ i maximo clariſſimoꝶ uirorũ prouẽtu excelſũ gradum obtinuiſſe: cuius ſi ſupior ætas reuoluat̃: multi luxus: multæ delitiæ reperirẽtur: quæ quidẽ ei impedimẽto nõ fuerũt: quo minus patriæ princeps exiſteret: nomẽq; eius i capitolino faſtigio fulgeret: ac uirtute ciuile bellum ingẽti motu oriens ſepeliret.

De Lucio Scylla.

l Vcius uero Scylla uſq; ad quæſturæ ſuæ comitia uitã libidine uicit ludicræ artis amore p iquinatã pduxit. Quapropter. C. Marium conſulem moleſte tuliſſe tradit̃: quod ſibi aſperrimum in

2009 Ministerio de Cultura

Africa bellum gerẽti tam delicatus quæſtor ſorte obueniſſet eiuſdem quaſi perruptis & diſiectis neq̃tiæ qua obſidebat̃: clauſtris: catenas Iugurthæ manibus iniecit. Mitridatẽ cõpeſcuit ſocialis belli fluctus repreſſit: Cinnæ dominationẽ fregit: eumq; in Africa qui ſe quæſto rẽ faſtidierat: ipſam illã ꝓuinciã ꝓſcriptũ & exulẽ coegit petere: quæ tã diuerſa tãq; iter ſe cõtraria ſiquis apud animũ ſuũ attentiore com paratione expẽdere uelit: duos in uno homine Scyllas fuiſſe credide/rit: turpem adoleſcentulum & uirum dicerem fortẽ: niſi ipſe ſe felicẽ appellari maluiſſet.

De Sublimitatis a ſtatu humili. Cap. x.

a Tq; nobilitatem beneficio pœnitentiæ ſeipſã admonui reſ/picere ita altiora modo ſuo ſperare auſos ſubtexamus.

De Tito Aufidio.

t Itus Aufidius cũ aſiatici publici exiguam admodum particu lam habuiſſet: poſtea totã Aſiam ꝓ cõſulari iperio obtinuit: nec indignati ſũt ſocii eius parere faſcibꝫ: quẽ aliena tribunalia adulã tẽ uiderãt: geſſit ſe etiã itegerrime ac ſplẽdidiſſie: miroq; id modo de mõſtrauit priſtinũ quæſtũ ſuũ fortunæ: præſẽs uero dignitatis incre mentũ moribus ſuis imputari debere.

De Tito. P. Rutilio.

a T. P. Rutilius nõ Publicanum in Sicilia egit: ſed opus publi canis dedit. idẽ ultimã inopiam ſuam auctorato ſociis officio ſuſtentauit: ab hoc poſtmodum cõſule leges unniuerſi ſiculi accepe rũt. acerbiſſimoq; prædonum ac fugitiuoꝝ bello liberati ſũt: portus ipſos ſiq̃s modo mutis rebus ineſt ſenſus tantam in eodẽ homie ua rietatem ſtatus admiratos arbitror: Quem. n. diurnas capturas exi/gentem aĩaduerterant: eundem iura dantẽ claſſeſq; & exercitus re/gentem uiderũt.

De Publio Ventidio.

h Vic tanto ĩcremento maius adiiciam Aſculo capto. Cn. Pom peii Magni pater. P. Ventidiũ ætate puberẽ in triũpho ſuo populi oculis ſubiecit. Hic eſt Ventidius q̃ poſtea Romæ ex parthis & ꝑ parthos de Craſſi manibus in hoſtili ſolo miſerabiliter iacẽtibꝫ triũphum duxit: itaq; qui captiuus carcerem exhorruerat uictor ca/pitolium felicitate celebrauit. In eodem etiã illud exiſtimari debet: quod eodem anno prætor & conſul eſt factus.

De Varietate caſuum: De Lucio Lentulo. Cap. xi.

c Aſuum nũc cõtẽplemur uarietatẽ. L. Lentulus cõſularis lege cecilia r̃petũdaꝝ crimie oppreſſus cẽſor cũ. L. Cẽſorio creatus

2009 Ministerio de Cultura

eſt:quē quidē fortuna inter ornamēta & dedecora alterna uice uer/
ſauit cōſulatui illius damnationē:damnationi cenſurā ſubiiciēdo:&
neq; bonis eū ꝑpetuis frui nec malis æternis ingemiſcete patiendo.

De Cneo Cornelio Scipione Naſica.

h Iſdem uiribus uti uoluit i.Cn.Cornelio Scipione Naſica:q
conſul a pœnis apud Lipparas captus cū belli iure omnia ꝑ
didiſſet lætiore ſubinde uultu eius adiutus cūcta recuꝑauit cōſul etiā
iteꝝ creatus.Quis crederet illū a duodecī ſecuribus ad carthaginen/
ſiū ꝑuenire catenas?qs rurſus exiſtimaret a punicis uīculis ad ſūma
impii ꝑuētuꝝ faſtigia?ſed tam ex cōſule captiuus:& ex captiuo con
ſul factus eſt.

De Craſſo dicto Diuite.

q Vid Craſſo nōne pecuniæ magnitudo locupletis nomen de/
dit?ſed eidē poſtea iopia turpē decoctoris ſup latione īmiſit
Si qdē bona eius a creditorib9 qa ſolidū præſtare nō poterat: uænie/
rūt.Itaq; amara ſugillatione nō caruit:cū egēs ambularet: diues ab
occurrentibus ſalutabatur.

De Quinto Cepione.

c Raſſū caſus acerbitate.Q.Cepio præcurrit.is nāq; præturæ
ſplendore triumphi claritate conſulatus decore:Maximi pon
tificis ſacerdotio:ut ſenatus patronus diceret:aſſecutus ī publicis uī
culis ſpiritū depoſuit:corpuſq; eius funeſti carnificis manibus lacera
tum in ſchalis gemoniis iacens:magno cum horrore totius fori roma
ni conſpectum eſt.

De Caio Mario Candidato.

i Am.C.Marius maximæ fortunæ luctatio ē.oēs.n.eius īpetus
tā corporis q̄ aī robore fortiſſime ſuſtinuit:arpinatib9 honori
bus iudicatus īferior quæſturā Romæ petere auſus ē:patiētia deinde
repulſaꝝ irrupit magis ī curiā q̄ uenit.In tribunatus quoq; & ædili/
tatis petitione cōſimilem campi notā expertus præturæ cādidatus ſu
premo loco inhæſit:quā tamen nō ſine ꝑiculo obtinuit: ambitus.n.
accuſatus:uix atq; ægre abſolutionem a iudicibus impetrauit:ex illo
Mario tā humili arpinate tā ignobili Romæ tāq̄ faſtiendo cādidato
ille Marius euaſit:q Africā ſubegit:Iugurthā regem ante currū egit:
q theutonicoꝝ cimbrorūq; exercitus deleuit.cuius bina trophæa ī ur/
be ſpectant:cuius ſeptem ī faſtis cōſulatus legunt:cui poſt exilium
cōſulem creari proſcriptoq; facere ꝓſcriptionē cōtigit:Quid huius cō
dicione icōſtātius aut mutabilius?quem ſi īter miſeros poſueris mi
ſerrimus:īter felices feliciſſimus repiet.

De Caio Cæſare.

2009 Ministerio de Cultura

l

c Aius aūt Cæſar cuius uirtutes aditū ſibi ī cælū īſtruxerūt: iter primæ iuuētutis īitia priuatus Aſiā petēs a maritimis prædonib; circa īſulā pharmacuſā exceptus quiquagīta ſe talētis redemit. ꝑua igit ſūma clariſſimū mūdi ſydus ī piratico mioparōe repēdi fortuna uoluit. Quid ē ergo ꝙ āplius de ea re ꝗramus? ſi ne cōſortibus qdē diuinitatis ſuæ parcit: Sed cæleſte num̄ ſe ab iniuria uīdicauit: cōtinuo. n. captos prædōes crucib; affixit. attēto ſtudio nr̄a cōmemorauimus: remiſſiore nunc animo aliena narrent.

Externa de Polemone Athenienſi philoſopho.

p Erditæ luxuriæ Athenis adoleſcēs Polemoneq; illecebris eius tm̄modo: ſed ēt ipſa īfamia gaudēs: cū e conuiuio nō poſt occaſū ſolis: ſed poſt ortū ſurrexiſſet: domūq; rediēs Xenocratis phi patentē ianuā uidiſſet uino grauis unguētis delibutus: ſertis capite redimito ꝑlucida ueſte amictus: refertā turba doctoꝶ hoīum ſcholā eius īrauit: nec cōtētus tā deformi īroitu conſedit ēt ut clariſſimū eloqū & prudētiſſīa præcepta temulētiæ laſiuiis eleuaret: orta deīde ut par erat oīum īdignatiōe Xenocrates Vultū ī eodē hītu cōtinuit: omiſſaq; re ꝗ diſſerebat: de modeſtia ac tēpantia loq cœpit. Cuius grauitate ſermōis reſipiſcere coactus Polemo: primo coronā capite detractā ꝓiecit: paulo poſt Brachiū ītra palliū reduxit: ꝓcedēte tēpore oris cōuiualis hilaritatem depoſuit: ad ultimū totā luxuriā exuit: uniuſq; oratiōis ſaluberrima medicina ſenatus ex īfami Lenone maximus phūs euaſit. ꝑegrinatus eſt huius animus: ī neqtia non habitauit.

De Themiſtocle Græco.

p Iget Themiſtoclis adoleſcentiā attigere ſiue patrē aſpiciā abdicatiōis iniūgentē notā: ſiue matrē ſuſpēdio ſui finire uitam ꝓpter filii turpitudinē coactā. cū oīum poſtea graui ſāguis uiroꝶ clariſſimus extiterit: mediūq; Europæ & Aſiæ uel ſpei uel deſperatiōis pignus fuerit: hæc. n. cū ſalutis ſuæ patronū hūit: illa uadē uictoriæ aſſūpſit.

De Cimone Athenienſi.

c Imōis uero īcunabula opiniōe ſtulticiæ fuerūt referta: eiuſdē ſtulticiæ īpia ſalutaria Athenienſes ſenſerūt: itaq; coegit eos ſtuporis ſemetipſos dānare: q eū ſtolidū crdiderāt.

De Alcibiade.

n Anq; Alcibiadē ꝗſi duæ fortūæ partitæ ſūt alteraq; ei nobilitatē eximiā: abūdātes diuitias: formā præſtantiſſimā: fauorē ciuiū ꝓpenſum: ſūma īpia præcipuas potētiæ uires flagrantiſſimum

2009 Ministerio de Cultura

ingeniũ aſſignaret: Altera quæ dãnationẽ: exiliũ: uændicionẽ bonoꝝ iopiã: odiũ patriæ uiolẽtã mortẽ iſligeret: nec aut hæc aut illa uniuerſa: ſed uaria ꝑplexa: freto atq; æſtui ſimilia.

De Polycrate tyranno Samiorum.

a D iuidiã uſq; Polycratis ſamioꝝ. tyrãni abũdãtiſſimis bonis cõſpicuus uitæ fulgor exceſſit: nec ſine cauſa: omnes. n. conatus eius placido excipiebãť itinere: ſpes certũ cupitæ rei fructũ apprehẽdebat: uota nũcupabãť ſimul: & ſoluebãť: uelle ac poſſe in æquo poſitũ erat: ſemel dũtaxat uultũ mutauit: ꝑ quã breuis triſtitiæ ſale/bra ſuccuſſũ tũc cũ admodũ gratũ ſibi anulũ de iduſtria i ꝓfundũ: ne oĩs icõmodi exps eſſet: abiecit. quẽ tamẽ cõtinuo recupauit: capto piſce q eũ deuorauerat. ſed hũc cuius felicitas ſẽp plenis uelis ꝓſpũ curſũ tenuit. Orõtes Darii regis præfectus i excelſiſſimo Mycalenſis mõtis uertice cruci affixit: ex qua putres eius artus & tabido cruore manãtia mẽbra: atq; illã leuã cui Neptunus anulũ piſcatoris manu ř ſtituerat: ſitu marcidã ſamos amara ſeruitute aliq̃diu preſſa liberis ac lætis oculis aſpexit.

De Dionyſio Tyranno.

d Ionyſius autẽ cũ hæreditatis noĩe a patriæ ſyracuſanoꝝ ac pœne totius Siciliæ tyrãnide accepiſſet: maximaꝝ opũ dominus exercituum dux: rector claſſium: equitatum potens: propter inopiã litteras puerulos corinthi docuit: eodemq; tempore tanta mutatione maiores natu ne quis nimis fortunæ crederet: magiſter ludi factus ex tyranno monuit.

De Siphace Rege.

ſ Equiť hũc Syphax Rex conſimilẽ fortunæ iniqtatẽ expertus: quẽ amicum hic Roma ꝑ Scipionẽ: illic Carthago ꝑ Haſdrubalẽ ultro petitũ ad penates deos eius uenerat. Cæteꝝ eo claritatis euictus ut ualidiſſimoꝝ populoꝝ nõ tãtũ arbiter uictoriæ ſed & uictor exiſteret: parui tẽporis iteriecta mora catenatus a Lællio legato ad ſcipionẽ ipatorẽ ꝑtractus ẽ: cuiuſq; dexterã regio iſidẽs ſolio arroganti manu attigerat: eius genibus ſupplex ꝓcubuit. Caduca nimiũ & fragilia puerilibuſq; cõſẽtanea crepidis ſunt iſta: quæ uires atq; opes humanæ uocãť: affluũt ſubito repẽte dilabũť: nullo i loco: nulla i ꝑſona ſtabilius nixa radicibus cõſiſtunt ſed i certiſſimo flatu fortunæ huc atq; illuc acta quos ſublime extulerũt i ꝓuiſo recurſu deſtitutos i ꝓfũdo cladiũ miſerabiliter imergũt: itaq; neq; debẽt exiſtimari neq; dici bona quæ iflictoꝝ malorũ amaritudinẽ deſyderio ſui duplicant.



2009 Ministerio de Cultura

## D Felicitate. Liber Septimus.

Olubilis fortunæ cõplura exẽpla rettulimus: cõſtan
tis ꝓpiciæ admodum pauca narrari poſſunt: quo pa
u tet eã aduerſas res cupido animo inſligere: ſecundas
parco tribuere: eadem ibi malignitatis obliuiſci ſibi
imperauit nõ ſolum plurima ac maxima: ſed etiam
ꝑpetua bona cõgerit.

### De. Q. Metello. Cap. i.

u Ideamus ergo quot gradibus beneficioꝶ. Q. Metellum pri
mo originis die ad ultimum uſqꝫ fati tẽpus: nũquã ceſſante ĩ
dulgentia ad ſũmum beatæ uitæ cumulũ perduxerit: Naſci. n. in ur
be terraꝶ principe uoluit. parẽtes ei nobiliſſimos dedit adiecit animi
rariſſimas dotes & corporis uires: ut ſufficere laboribus poſſet: uxorẽ
pudicicia & fæcunditate conſpicuam cõciliauit. Conſulatus decus:
imperatoriam poteſtatem ſpecioſiſſimi triũphi prætextam largita ẽ:
fecit ut eodem tẽpore tres filios cõſulares: unum etiã cenſoriũ triũ/
phalem & quartum prætoriũ uideret: ut qui tres filias nuptui daret:
earumqꝫ ſobolẽ ſinu ſuo excipet: tot partus tot incunabula. tot uiri/
les togæ: tam multæ nuptiales faces hoꝶ iperioꝶ: oĩs deniqꝫ gratula/
tionis ſũma abũdãtia: cũ interim nullũ funus: nullus gemitus: nul
la cauſa triſtitiæ. Cælum cõtemplare: uix tamẽ ibi talem ſtatum re/
peries: quoniã qdẽ luctus & dolores deoꝶ quoqꝫ pectoribus a maxi
mis uatibus aſſignari uidemus: hunc autẽ uitæ actũ eius cõſẽtaneus
finis excepit: nã. Q. Metellũ ultimæ ſenectutis ſpatio defunctum
leniqꝫ genere mortis ĩter oſcula cõplexuſqꝫ chariſſimoꝶ pignoꝶ extin
ctum: filii & generi humeris ſuis ꝑ urbem latũ rogo impoſuerunt.

### De Gyge domino Lydiæ.

c Lara hæc felicitas obſcurior illa: ſed diuino ſplendore præpo
ſita cũ. n. Gyges regno Lydiæ armis & diuitiis abundantiſſi/
mo ĩflatus animo Apollinem Pythium ſciſcitatũ ueniſſet: an aliquis
mortaliũ ſe eẽt felicior deus ex abdyto ſacrari ſpecu uoce miſſa Agla
um Sophidiũ ei prætulit. Is erat arcadum pauperrimus: ſed ætate iã
ſenior terminos agelli ſui nunquã exceſſerat paruuli ruris fructibus
ac uoluptatibus contentus. Verum ꝓfecto beatæ uitæ finem Apollo
nõ adũbratum oraculi ſagacitate complexus eſt. Quo circa inſolẽter
fulgore fortunæ ſuæ glorianti reſpondit magis ſe probare ſecuritate
ridens tugurium: quã triſtẽ curris & ſollicitudinibus aulã: paucaſqꝫ

2009 Ministerio de Cultura

glebas pauoris expertes quã pinguiſſima Lydiæ arua metu referta &
unum aut alterũ iugum bouum facilis tutelæ qua exercitus & arma
& equitatũ uoracibus ĩpenſis oneroſum: & uſus neceſſarii horreolũ
nimis nulli appetẽdum quã theſauros omnium inſidiis & cupiditati
bus expoſitos. Ita Gyges dũ aſtipulatorem uanæ opinionis deũ habe
re concupiſcit ubi nam ſolida & ſyncæra eſſet felicitas: didicit.

Sapienter dicta aut facta. Cap. ſecundum.

n Vnc id genus felicitatis explicabo quod totũ ĩ habitu ani
mi eſt: nec uotis petitur ſed ĩ pectoribus ſapientia prædi/
tis natum dictis factiſq; prudentibus eniteſcit.

De Appio Claudio.

a Ppium Claudium crebro ſolitũ dicere accepimus negotiũ po
pulo Romano melius quã otiũ committi: nõ quod ignoraret:
quam iucũdus tranquillitatis ſtatus eſſet: ſed quod animaduerteret
præpotẽtia imperia agitatione rerũ ad uirtutẽ capeſcẽdam excitari:
nimia quiete ĩ deſidiam reſolui: & ſane negotiũ nomiue horridum ci
uitatis noſtræ mores ĩ ſuo ſtatu cõtinuit: blandæ appellationis quies
plurimis uitiis reſpexit.

De Scipione Africano.

ſ Cipio uero Africanus turpe eſſe aiebat ĩ re militari dicere non
ĩputarã: uidelicet quia explorato & excuſſo cõſilio quæ ferro
aguntur adminiſtrari oportere arbitrabatur ſumma ratione: inemen
dabilis enim error qui uiolentiæ Martis committitur.

i Dem negabat aliter cum hoſtæ cõfligere debere: quã aut ſi oc
caſio obueniſſet: aut neceſſitas ĩcidiſſet æque prudẽter: nã &
proſpere gerẽdæ rei facultatẽ omittere maxima demẽtia ẽ: & ĩ angu
ſtias utiq; pugnãdi cõpulſũ abſtinere ſe prælio peſtiferæ ignauiæ af/
fert exitũ eorũq; qui iſta committũt alter beneficio fortunæ uti: alter
iniuriæ neſcit reſiſtere.

De. Q. Metello.

q Vinti quoq; Metelli tum grauis: tum etiã alta ĩ ſenatu ſentẽ
tia: q deuicta Carthagine neſcire ſe illa uictoria boni ne plus
an mali reip. attuliſſet: aſſeuerauit: quoniã ut pacẽ reſtituẽdo profu
iſſet: ita Hannibalẽ ſubmouẽdo nõ nihil nocuiſſet: eius. n. tranſitu ĩ
Italiã: dormiẽtẽ populi Ro. uirtutẽ excitatã: metuiq; debere: ne acri
æmulo liberata ĩ eundẽ ſomnũ reuolueretur: ĩ æquo igitur malorum
poſuit uri tecta: uaſtari agros: exhauriri ærarium & priſci roboris
hebetari neruos.

De Licinio Fimbria Conſulari.



2009 Ministerio de Cultura

q Vid illud factum Licinii Fimbriæ conſularis q̃ ſapiens a.M.
Luctatio Pinthia ſplẽdido equite Ro.iudex additus de ſpõ
ſione:quã is cũ aduerſario:quod uir bonus eſſet:fecerat:nunquã id
iudicium ꝓnunciatione ſua finire uoluit:ne aut ꝓbatũ uirum ſi con
tra eum iudicaſſet:fama ſpoliaret : aut iuraret eum uirũ bonũ eſſe.
cũ ea res ĩnumerabilibus laudibꝫ cõtineat́ foreſibꝫ hæc illa militaribꝫ
ſtipendiis prudẽtia exhibita ẽ.

De Papyrio Curſore cõſule.

p Apyrius curſor cõſul Aquiloniã oppugnãs præliũ uellet cõ
mittere:pullariuſq; nõ ꝓſperantibus auibus optimum ei au
ſpicium renũciaſſet:de fallacia illius factus eſt certior.ſibi quidẽ &
exercitui bonum omen datum credidit:ac pugnam iniit. Cæterum
mendacem ante ipſam aciem conſtituit:ut haberent dii:cuius capi/
te ſi quid iræ cõceperant:expirarent:directũ eſt aũt ſiue caſu ſiue cæ
leſtis numinis ꝓuidentia:quod primũ e cõtraria parte miſſum erat
tælũ:in ipſum Pullari pectus:eumq; exanimẽ ꝓſtarauit id ut cogno
uit cõſul:fidente animo & inuaſit Aquiloniam:& cepit. Tãcito aiad
uertit:quo pacto iniuria imperatoris uindicari deberet quẽadmodũ
uiolata religio expianda foret:qua ratiõe uictoria apprehẽdi poſſet:
egit.uirum ſeueꝝ:cõſulẽ religioſũ ĩpatorẽ ſtrenuũ:timoris modũ:
pœnæ genus:ſpei uiam,uno mẽtis ĩpetu rapiendo. Nũc ad ſenatus
acta tranſgrediar.

De Senatu Rcmæ.

c Vm aduerſus Hannibalem ſenatus Claudium Neronem &
Liuium Salinatorem cõſules mitteret eoſq; ut uirtutibus pa
res ita inimiciciis acerrime ĩter ſe diſſidentes uideret.ſũmo ſtudio in
gratiam reduxit:ne ꝓpter priuatas diſſenſiões remp. parum utiliter
adminiſtrarẽt.quia coſimili imperio ubi cõcordia ineſt maior aliena
opera ĩterpellandi quam ſua edendi cupiditas naſcit́.ubi uero perti
nax ĩtercedit odium:alter alteri quam uterq; cõtrariis caſtris certior
hoſtis ꝓficiſcit́.

De Eodem Senatu.

e Oſdem ſenatus cum ob nimis aſpe actum cẽſuram a.Cn.Be
bio.tr.pl.pro roſtris agerẽtur rei cauſæ dictione decreto ſuo
liberauit.uacuum omnis iudicii metu eum honorẽ reddẽdo:qui exi/
gere deber& rationẽ non reddere.

De Eodem Senatu.

p Ar illa ſapiẽtia ſenatus Tiberium Gracchum.tr.pl.agrariam
legẽ ꝓmulgare auſum morte mulctauit. Idẽ ut ſecundum

2009 Ministerio de Cultura

legem eius per triumuiros ager populo uiritim diuideretˀ:egregiæ cẽ
ſuit: Si quidẽ grauiſſime ſeditionis eodem tempore & auctorẽ & cau
ſam ſuſtulit. De Eodem Senatu.

q Vam deinde ſe prudẽter in rege Maſiniſſa geſſit:nã cũ ꝓm/
ptiſſima & fideliſſima eius opa aduerſus Carthaginẽſes uſus
eſſet. eumqꝫ ĩ dilatando regno auidiorẽ cerneret. legẽ ferri iuſſit: qua
Maſiniſſæ ab imperio populi Ro. ſolutam libertatẽ tribueret:quo fa
cto tum optimæ meriti beniuolẽtiam retinuit: tum Mauritaniæ &
Numidiæ cæterarumque illius tractus gentium nunq̃ fida pace quie
ſcentem Feritatem a ualuis ſuis repulit.

t Empus deficiet domeſtica narrantẽ:quoniam imperium no/
ſtrũ nõ tam robore corporũ quã animoꝝ uigore incremẽtum
ac tutelam ſui comprehendit:maiori itaqꝫ ex parte Romana pruden
tia ĩ admiratione tacita reponatur:alienigeniſqꝫ huius generis exem
plis detur aditus. Externa De Socrate Philoſopho.

ſ Ocrates humanæ ſapientiæ quaſi quoddã terreſtre oraculum
nihil ultra petẽdum a diis immortalibus arbitrabatur: quam
ut bona tribuerẽt:quia ii demum ſcirent:quid unicuiqꝫ eſſet utile:
nos autẽ plerunque id uotis expetere:quod nõ impetraſſe melius
foret:& enim denſiſſimis tenebris ĩuoluta mortalium mẽs ĩ quã late
patentẽ errorem cæcas precationes tuas ſpergis:diuitias appetis:quæ
multis exitio fuerunt:honores concupiſcis:qui complures peſſunde
derunt:regna tecum ipſa uoluis:quorum exitus ſæpenumero miſe/
rabiles cernuntur:ſplendidis coniugis inicis manus:at hæc ut aliquã
do illuſtrant:ita nõ nunquam funditus domos euertunt:deſine igit̃
ſtulta futuris malorum tuorum cauſis quaſi feliciſſimis rebus inhia
re:teque totum cæleſtium arbitrio permitte:quia qui tribuere bona
ex facili ſolent:etiam eligere aptiſſime poſſunt.

De Eodem Socrate.

i Dem expedita & compẽdiaria uia eos ad gloriam ꝑuenire di/
cebat:qui id agerent:ut quales uideri uellẽt:tales etiam eſſẽt:
qua quidẽ prædicatione aperte monebat:ut hominesqꝫ ipſam potius
uirtutem haurirẽt:quam umbram eius conſectarentur.

De Eodem.

i Dem ab adoleſcẽtulo quodã conſultus utrum uxorẽ duceret
an ſe omni matrimonio abſtineret:Reſpondit utrum horum



2009 Ministerio de Cultura

l

feciſſet acturũ pœnitentiam: hinc te inquit ſolitudo: hinc orbitas: hinc generis interitus: hinc hæres alienus excipiet. illinc perpetua ſollicitudo: cõtextus querelaꝝ: dotis exprobratio affinium graue ſupercíliũ: garrulla ſocrus lingua: ſubſeſſor alieni matrimonii: incertus liberorum euentus: non paſſus eſt iuuenem in contextu rerum aſperarum quaſi lætæ materiæ facere delectum.

De eodem.

i Dem cum atheniẽſium ſcelerata demẽtia triſtẽ de capite eius ſententiam tuliſſet: fortiq; animo & conſtanti uultu potionẽ ueneni e manu carnificis accepiſſet: admoto iam labris poculo: uxori Xanthippe inter fletum & lamentationem uociferanti innocentẽ eũ perimi. quid ergo inquit nocẽti mihi mori ſatius eſſe duxiſti? O imẽſam ſapiẽtiam quæ ne ipſo qdem uitæ exceſſu obliuiſci ſui potuit.

De Solone.

a Ge q̃ prudẽter Solon neminem dum adhuc uiueret beatum dici debere arbitrabat: quod ad ultimũ uſq; fati diẽ ancipiti fortunæ ſubiecti eſſemus: felicitatis igit humanæ appellationẽ Rogus cõſumat: qui ſe incurſu maloꝝ obiicit.

Preminem in uita dici btm.

De eodem Solone.

i Dem cum ex amicis quẽdam grauiter mœrẽtem uideret: in arcem pduxit. hortatuſq; eſt: ut p omnes ſubiectorum ædificiorum partes oculos circũferret: quod ut factum animaduertit: cogita nũc tecum inquit: q̃ multis luctus ſub his tectis & olim fuerit hodieque uerſent: inſequẽtibuſq; ſæculis ſint habituri: ac mille mortaliũ incõmoda tanquã ꝓpria deflere: qua conſolatione demonſtrauit urbes eſſe humanarum cladium conſepta miſeranda.

De eodem Solone.

i Dem aiebat ſi in unum locum cuncti mala ſua contuliſſent: futuꝝ: ut ꝓpria deportare domum q̃ ex omni miſeriarũ aceruo portionẽ ſuam ferre mallent: quo colligebat nõ oporter nos quæ fortuito patiamur: præcipuæ & intolerabilis amaritudinis iudicare.

De Bia prinenſi.

b Ias autẽ cum patriam eius Prienem hoſtes inuaſiſſent: oib; quos modo ſæuitia belli incolumes abire paſſa fuerat præcioſarum rerum pondere honuſtis fugientibus interrogatus quid ita nihil ex bonis ſuis ſecũ ferret: Ego iquit uero bona mea mecũ porto:

2009 Ministerio de Cultura

pectore enim illa geſtabat nõ humeris: nõ oculis uiſẽda: ſed æſtimã
dã animo quæ domicilio mẽtis ĩcluſa nec mortaliũ nec deoꝝ manibꝫ
labefactari queunt: & ut manẽtibus præſto ſũt: ita fugientes non de
ſerunt.

De Platone Philoſopho.

i Am Platonis uerbis abſtricta ſed ſenſu præualens ſententia:
qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædica
uit: cum aut ſapientes. regnare: aut reges ſapere cœpiſſent.

De Quodam rege.

r Ex etiã ille ſubtilis iudicii quẽ ferunt traditum ſibi diadema
priuſquã capiti imponeret retẽtũ diu cõſyderaſſe: ac dixiſſe
O nobilẽ magis quã felicẽ pannũ: quẽ ſiqs penitus cognoſcat: quã
multis ſollicitudinibus & ꝑiculis & miſeriis ſit refertus ne humi qdẽ
iacentẽ tollere uellet.

De Xenocrate Philoſopho.

q Uid Xenocratis Reſpõſũ: quã laudabile: cũ maledico ſermo
ni quorundam ſũmo ſilentio intereſſet: uno ex his quærente
cur ſolus linguã ſuã cohiberet: quia dixiſſe me ĩquit aliquãdo pœni
tuit: tacuiſſe nunquam.

De Ariſtophane.

a Riſtophanis quoqꝫ altioris eſt prudentiæ præceptũ: qui in co
mœdia introduxit remiſſũ ab inferis athenienſiũ tyrannum
Periclem uaticinantẽ non oportere ĩ urbe nutriri leonẽ. ſin autem ſit
alitus obſequi ei cõuenire: monet enim ut præcipuæ nobilitatis & cõ
citati ingenii iuuenes refrænentur: nimio uero fauore ac profuſa ĩdul
gentia paſti: quo minus potẽtiam obtineant: ne impediantur quod
ſtultum & inutile ſit eas obtrectare uires: quas ipſe foueris.

De Thalete Philoſopho.

m Irifice etiam Thales: nã interrogatus an facta hominũ deos
fallerẽt: nec cogitata inquit ut nõ ſolũ manus: ſed etiã men
tes puras habere uellemus: cũ ſecretis cogitationibus noſtris cæleſte
numẽ adeſſe crediſſemus.

De Themiſtocle.

a C ne quod ſeqtur quidẽ minus ſapiens unicæ filiæ pater The
miſtoclem conſulebat: utrũ eam pauperi ſed ornato: an locu
pleti parum probato collocaret. cui is malo ĩquit uirũ pecunia: q̃ pe
cuniam uiro indigẽtem: quo dicto ſtultum monuit ut generũ potius
quam diuitias generi legeret.

De Rege Philippo patre Alexandri.

2009 Ministerio de Cultura

a Ge Philippi q̄ probabilis epiſtola in qua Alexandrū quorun
dam macedonū beniuolētiā largitione ad ſe attrahere cona/
tū ſic īcrepuit. quæ te fili ratio in hanc tā uanam ſpem īduxit: ut eos
fideles tibi futuros exiſtimares: quos pecunia ad amorē tui cōpuliſ/
ſes: a charitate iſtud præſtat̃. At uero auus Philippus maiore ex pte
mercator græciæ quā uictor. De Ariſtotele philoſopho.

P cōpulsi ad amorē pecunia nō sunt fideles.

a Riſtoteles aūt Caliſthenē auditorem ſuum ad Alexandrum
mittēs monuit: ut cū eo aut quārariſſime: aut q̄iucūdiſſime
loqueret̃: quo. ſ. apud regias aures uel ſilētio tutior uel ſermone eſ/
ſet acceptior: at ille dum Alexandrū perſica macedonū ſalutatione
gaudentem obiurgat: & ad macedonicos mores inuitum reuocare be
niuole pſeuerat: ſpiritu carere iuſſus ſeram neglecti ſalubris conſilii
pœnitentiā egit. De eodem Ariſtotele.

i Dē Ariſtoteles de ſemetipſo ī neutrā partē loq debere prædi/
cabat: qm̄ laudare ſe uani: uitupare ſtulti eſſet. De eodē.

P laudare se vanj vituperare stulticie

e Iuſdē eſt utiliſſimū præceptū: ut uoluptates abeūtes cōſyde
remus: quas quidem ſic oſtendendo minuit feſſas. n. pœni/
tentiæq; plenas animis noſtris ſubiicit: quo minus cupide repetant̃.

De Anaxagora philoſopho.

n Ec parum prudēter Anaxagoras interroganti cuidam qs nā
eſſet beatus: nemo iquit ex his: quos tu felices exiſtimas: ſed
eū in eo numero reperies: qui a te ex miſeriis cōſtare credit̃. nō erit il
le diuitiis & honoribus abundans: ſed aut exigui ruris: aut nō ambi/
tioſæ doctrinæ fidelis ac ptinax cultor in ſeceſſu quā in frōte beatior.

De Demade.

d Emadis quoq; dictum ſapiens: nolentibus. n. athenienſibus
diuinos honores Alexandro decernere: uidete inqt ne dū cæ/
lum cuſtoditis: terram amittatis. De Anacharſi.

q Vam porro ſubtiliter Anacharſis leges aracneaꝝ tælis cōpa/
rabat: nā ut illas ifirmiora aialia retinere: ualētiora trāſmitte
re: ita his humiles & paupes cōſtringi: diuites & præpotētes non alli
gari. De Ageſilao.

P nota hanc comparationem.

n Ihil etiam Ageſilai facto ſapiētius: ſiquidē cum aduerſus rē
publicam lacedæmonioꝝ cōſpirationē ortam noctu cōperiſ/
ſet: leges Lygurgi continuo abrogauit: quæ de indēnatis ſuppliciū
ſūmi uetabant: comprehēſis autem & interfectis ſontibus eaſdem

2009 Ministerio de Cultura

eueſtigio reſtituit:atq; utrũq; ſimul prouidit:ne ſalutaris animaduerſio uel ĩiuſta eſſet:uel iure ĩpediretur.itaq; ut ſemper eſſe poſſent:aliquando nõ fuerunt.

De Hannone.

ſ Ed neſcio an Hannonis excellentiſſimæ prudentiæ conſiliũ: Magone enim cãnenſis pugnæ exitũ ſenatui pœnoꝝ nunciante inq; tãti ſucceſſus fidé anulos aureos trium modiorom mẽſurã explentes fudente qui interfectis noſtris ciuibus detracti erant: quæſiuit an aliquis ſociorũ poſt tantam cladé a romanis defeciſſet:atq; ut audiuit neminé ad Hannibalem tranſiſſe:ſuaſit: ut protinus legati Romã per quos de pace ageretur:mitterẽtur:cuius ſi ſentẽtia ualuiſſet:neq; ſecundo punico bello deuicta carthago:neq; tertio deleta foret.

De Herenio Pontio Samnitum.

n E Samnites quidé paruas pœnas conſimilis erroris pependerunt:q Herennii pontii ſalutare cõſiliũ neglexerãt:q auctoritate & prudẽtia cæteros præſtans ab exercitu & duce eius filio ſuo cõſultus quidnã fieri de legionib Romanis apud furcas caudinas inclusis deberet:iuiolatas dimittẽdas reſpondit.poſtero die eadẽ de re ĩterrogatus deleri eas oportere dixit:ut aut maximo beneficio gratia hoſtiũ emereẽt:aut grauiſſima iactura uires cõfringerent ſed iprouida temeritas uictorũ dum utrãq; partẽ ſpernit:utilitatis ſub iugum miſſas ĩ pniciẽ ſuã accendit.multis & magnis ſapientiæ exẽplis paruulum adiiciam.

De Creſibus.

c Retes cũ acerbiſſima execratione aduerſus eos: quos uehemẽter oderũt:uti uolũt:ut mala cõſuetudine delectẽt: optãt modeſtoq; uoti genere efficaciſſimũ ultionis euẽtũ reperiũt. Inutiliter enim aliquid cõcupiſcere:& in eo pſeuerãter morari exitio ea dulcedo uicina eſt.

Vafre Dicta aut Facta.Cap.iiii.

e St aliud factorũ dictorumq; genus a ſapiẽtia proximo deflexu ad Vafre nomen progreſſũ:qd niſi fallacia uires aſſumpſerit.fidé propoſiti non ĩuenit: laudẽq; occulto magis tramite quam aperta uia petit.

De Quodam Antiſtite Romano.

ſ Eruio Tullo regnante cuidã patrifamiliæ ĩ agro ſabino præcipuæ magnitudinis & eximiæ formæ uacca nata ẽ:quã oraculoꝝ certiſſimi auctores ĩ hoc a diis immortalibus editam reſpõderũt: ut quiſquis eã auẽtineſi Dianæ immolaſſ&:eius patria totius terraꝝ

orbis ĩperium obtineret: lætus eo dominus bouem cũ ſumma feſti nation Romam mactandã in auẽtino ante arã Dianæ cõſtituit ſacri ficio ſabinis regimen humani generis daturus: de qua re antiſtes tẽ pli certior factus religionem hoſpiti ĩtulit: ne prius uictimã cæderet: q̃ ſe ꝓxima ſe aqua abluiſſet: eoq; alueum tyberis petẽte uaccã ipſe ĩmolauit: & urbem noſtram tot ciuitatũ tot gentiũ dominã pio ſacri ficii furto reddidit. De Iunio Bruto.

q Vo in genere acuminis in primis Iunius Brutus referendus. nã cum a Rege Tarquinio auunculo ſuo omnẽ nobilitatis in dolẽ excerpi ĩterq; cæteros etiã fratrẽ ſuũ: ꝗ uegetioris ingenii erat ĩ terfectum animaduerteret: obtuſi ſe cordis eſſe ſimulauit: eaq; falla cia maximas uirtutes ſuas texit: ꝓfectus etiã Delphos cũ Tarqunii filiis quos is ad Apollinẽ pythium muneribus ſacrificiiſq; honorãdũ miſerat: aurum deo nomine doni clam cauato baculo incluſum tu lit: quia timebat ne ſibi cæleſte numen apta liberalitate uenerari tu tũ non eſſet: peractis deinde mandatis patris Apollinẽ iuuenes cõſu luerunt: quis nam ex ipſis Romæ regnaturus uiderẽ: At is penes eũ ſummã urbis noſtræ poteſtatem futuram reſpondit: qui ante oĩs matri oſculum dediſſet. Tunc Brutus perinde atq; caſu ꝓlapſus de ĩ duſtria ſe abiecit terramq; communẽ omniũ matrẽ exiſtimãs oſcu latus eſt: quod tã Vafre telluri impreſum oſculũ urbi libertatẽ: Bru to primum in faſtis locũ tribuit. De Scipione ſuperiore.

ſ Cipio quoq; ſuperior præſidium calliditatis amplexus eſt. Ex Sicilia. n. petẽs Africã cum ex fortiſſimis peditibus Romanis tricentoꝝ equitum numerum implere uellet: neq; tam ſubito poſſet eos iſtruere: quod tẽporis anguſtiæ negabant: ſagacitate conſilii aſſe cutus eſt: nanque ex is iuuenibus quos ſecum ex tota Sicilia nobiliſ ſimos & ditiſſimos ſed inermes habebat: ad ſe uocatos trecentos ſpe cioſa arma & electos equos: q̃ celerrime expedire iuſſit: uelut eos con tinuo ſecum ad oppugnandam Carthaginem aducturus. qui cum imperio ut celeriter ita longinqui & periculoſi belli reſpectu ſollicitis animis paruiſſent: remittere ſeſe Scipio illã expeditionem ſi arma & equos milit bus ſuis tradere uoluiſſent: edixit rapuit condicionem imbellis ac timida iuuentus inſtrũtoque ſuo cupide noſtris ceſſit. Ergo calliditas ducis prouidit: ut ſi quod protinus imperarẽ: graue prius deinde remiſſo militiæ metu maximum beneficium fieret:

2009 Ministerio de Cultura

quod ſequitur narrandum eſt. De. Q. Fabio Labeone.

q Vintus Fabius Labeo arbiter a ſenatu finiũ cõſtituẽdorũ iter Nolanos & Neapolitanos datus cũ ĩ rem præſentẽ ueniſſet: utroſq; ſeparatim monuit: ut omiſſa cupiditate regredi modo contro uerſia q̃ progredi mallẽt: idq; cũ utraq; pars auctoritate uiri mota feciſſet: aliquãtum uacui ĩ medio agri relictũ eſt: cõſtitutis deĩde finibus ut ipſi terminauerãt: quicquid reliqui ſoli fuit: Populo Romano adiudicauit: Cæterũm & ſic circũuenti Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt: ſecundum ipſorum demonſtrationem dicta ſententia: improbo tamen præſtigiorum genere nouum ciuitati noſtræ uectigal acceſſit. De Eodem Fabio.

e Vndẽ ferunt cũ a rege Antiocho quẽ bello ſuperauerat: ex fœdere icto dimidiã partẽ nauium accipere deberet: medias oẽs ſecuiſſe: ut eum tota claſſe priuaret. De Marco Antonio.

n Am. M. Antonio remittẽdum conuicium eſt: qui iccirco ſe aiebat nullã orationẽ ſcripſiſſe: ut ſi quid ſupiore iudicio actũ ei quẽ poſtea defenſurus eſſet nociturũ foret: nõ dictũ a ſe affirmare poſſet: qui facti uix pudẽtis tolerabilẽ cauſã habuit: pro periclitantium enim capite nõ ſolum æloquẽtia ſua uti: ſed etiã uerecũdia abuti erat paratus. De Sertorio.

ſ Ertorius uero corporis robore atq; animi conſilio parẽ naturæ indulgentiam expertus: proſcriptione ſyllana dux Luſitanoꝝ fieri coactus: cum eos oratione flectere non poſſet: ne cum Romanis uniuerſa acie confligere uellent: Vafro conſilio ad ſuam ſententiam perduxit: duos enim in conſpectu eorum conſtituit equos: alterum ualidiſſimum alterum infirmiſſimum: ac deinde ualidi caudam ab ĩbecillo ſene paulatim carpi: infirmi a iuuene eximiarum uirium uniuerſam conuelli iuſſit: obtemperatum imperio eſt. Sed dum adoleſcentis dextera irrito ſe labore fatigat ſenio confecta manus miniſterium executa eſt. tunc barbaræ concioni quorſum ea res tenderet cognoſcere cupiẽti ſubiecit: equi caudæ conſimilem eſſe noſtrum exercitum: cuius partes aliquis aggrediens opprimere poſſit: uniuerſum conatus proſternere celerius tradiderit uictoriã: quã occupauerit. Ita gens barbara aſpera & regi difficilis in exitium ſuum ruens: quã utilitatem auribus reſpuerat: oculis peruidit.

De Fabio Maximo.

2009 Ministerio de Cultura

f Abius autem maximus cuius nõ dimicare uincere fuit. cum præcipuæ fortitudinis Nolanum peditẽ dubia fide ſuſpectũ: & ſtrenuæ operæ Lucanum equitem amore ſcorti deperditũ:i caſtris haberet: ut utroq; potius bono milite uteret: quã in utrũq; animad/uerteret: alteri ſuſpicionẽ ſuam diſſimulauit: in alterum diſciplinam paululum a recto tenore deflexit: nanq; illum plene ꝓ tribunali lau/dando omniq; genere honoris ꝓſequendo animũ ſuũ a pœnis ad Romanos coegit reuocare: & hũc clam meretricẽ redimere paſſus paratiſſimum pro nobis excuſſoremq; reddidit.

De Marco Voluſio Aedile:

u Eniam nũc ad eos quibus ſalus aſtutia quæſita eſt. M. Voluſius ædilis plebis ꝓſcriptus aſſũpto hiſiaci habitu per itinera uiaſq; publicas ſtipem petẽs qſnam re uera eſſet: occurrentes digno ſcere paſſus nõ eſt: eoq; fallaciæ genere tectus in. M. Bruti caſtra peruenit. Quid illa neceſſitate miſerius: quæ magiſtratum Populi Ro. abiecto honoris pretextu alienigenæ religionis obſcuratũ inſignibus per urbem iuſſit ĩcedere: oẽs autem hi ſuæ uitæ aut illi alienæ mortis cupidi qui talia uel ipſi ſuſtinuerũt: uel alios perpeti coegerũt.

De Saturnino Vetulione.

a Liquãto ſpecioſius ſententiis Saturnini Vetulionis in eodem genere caſus ultimæ ſortis auxilium qui cũ a triumuiris ĩter ꝓſcriptos nomẽ ſuum ꝓpoſitũ audiſſet: continuo præturæ inſignia inuaſit: præcedẽtibuſq; in modum lictorum & apparitoꝝ publicorũ ſeruis ſubornatis uehicula cõprehendit: hoſpitia occupauit: obuios ſũmouit: ac tam audaci uſurpatione imperii in maxima lucedẽſiſſi/mas hoſtibus oculis tenebras effudit. Idem ut Puteolos uenit perĩde ut publicum miniſterium agens ſũma cum licentia correptis nauib; in Siciliam certiſſimum tunc proſcriptoꝝ profugium penetrauit his uno adiecto leuioris notæ exemplo ad externa reuertar.

De Amore cuiuſdam Patris in filium:

a Mantiſſimus quidam filii cum eum incõceſſis ac piculoſis facibus accenſum ab inſania cupiditate pater inhibere uellet: ſalubri cõſilio patriam indulgentiam tẽperauit. petiit. n. ut priuſquã ad eam quã diligebat iret uulgari ac pmiſſa uenere uteret. cuius precib; obſecutus adoleſcens infelicis animi impetũ ſacietate licentis cõcubitus reſolutum ad id qđ non licehat: tardiorem pigrioreq; afferẽs

2009 Ministerio de Cultura

paulatim depoſuit. De Quodam Aſinario.

c Vm Alexãder Macedonum Rex ſorte monitus ut eũ qui ſibi porta egreſſo primus occurriſſet :īterfici iuberet: Aſinariũ forte ſibi obuiam factũ ad morté arripi imperaſſet: eoq; quærente quidnam ſe īmerentem capitali ſupplicio innocenté addiceret: cũ ad excuſandũ factũ ſuum oraculi præceptũ rettuliſſet: aſinarius ſi ita eſt inquit rex alium ſors huic morti deſtinauit: nam Aſellus qué ego ante me agebam prior tibi occurrit. delectatus Alexander & illius tam callido dicto: & quod ab errore ipſe reuocatus erat: occaſioné ī aliquãto uiliore animali expiandæ religionis rapuit ſumma ī hoc cum calliditate manſuetudo ſumma quoque in alterius regis eqſone calliditas. De Dario Rege.

ſ Ordida magorum dominatione perſide oppreſſa Darius rex adiutoribus eiuſdé dignitatis aſſumptus pactũ cum præclari operis cõſortibus fecit: ut equis īſidentes Solis ortu curſũ in quédam locũ dirigerent: iſq; regno potiretur: cuius equus ī eo primus hinniſſet: cæterũ maxime mercædis cõpetitoribus fortunæ beneficiũ expectãtibus ſolus acumine Equiſonis ſui Ebaris proſperũ exoptatæ rei effectũ aſſecutus eſt: qui ī æque genitalé partem demiſſã manũ cũ ad eum locũ uentum eſſet: naribus equi admouit: quo odore irritatus ante omnes hinnitũ edidit: auditoq; eo ſex reliqui ſummæ poteſtatis cõtinuo equis delapſi candidati: ut é mos pſarũ humi proſtratis corporibus Darium regé ſalutauerunt: quantum imperium: q̃ paruo interceptum é uaframento. De Bia Prienenſi.

b Ias auté cuius ſapiẽtia diuturnior īter homines é q̃ patria Priene fuit: Si quidem hic etiam nunc ſpirat illius perinde atque extincte ueſtigia tantũmodo extant: ita aiebat oportere homines in uſu amiciciæ uerſari: ut meminiſſét eam ad grauiſſimas inimicicias poſſe conuerti : quod quidé præceptum prima ſpecie nimis fortaſſe callidũ uideatur: inimicũque ſimplicitati qua præcipue familiaritas gaudet: ſed ſi altioribus animis cogitatio demiſſa fuerat: per quã utile reperietur. De Anaximene præceptore Alexandri.

l Ampaſcenæ uero urbis ſalus unius uaframẽti beneficio cõſtitit: nam cum ad excidium eius ſummo ſtudio Alexander ferretur: progreſſumq; extra mœnia Anaximenem præceptoré ſuum uidiſſet: quia manifeſtũ erat futurũ: ut preces ſuas iræ eius opponeret:



2009 Ministerio de Cultura

nõ facturũ ſe quod petiſſet iurauit:tũc Anaximenes peto inquit ut
Lampſacum diruas:hæc uelocitas ſagacitatis oppidum uetuſta no/
bilitate inclytum exitio:cui deſtinatum erat:ſubtraxit.

De Demoſthene.

d Emoſthenis quoq; aſtutia mirifice cuidam ancillæ ſuccurſũ
eſt.quæ pecuniam depoſiti nomine a duobus hoſpitibus ac
ceperat ea cõditione ut illam ſimul utriſq; redderet.quorũ alter iter
iecto tẽpore tanquã mortuo ſocio ſqualore obſitus deceptæ cẽs nũ/
mos abſtulit.ſuꝑuenit deinde alter & depoſitum petere cœpit:hære/
bat miſera in maxima pariter & pecuniæ & defẽſionis penuria. Iãq;
de laqueo & ſuſpendio cogitabat: ſed opportune Demoſthenes ei
patronus affuit.qui ut in aduocationẽ uenit mulier inquit parata eſt
depoſiti ſe fidem ſoluere:ſed niſi ſocium adduxeris id facere nõ po
teſt.quoniã ut ipſe uociferaris:hæc dicta eſt lex:ne pecunia alteri ſi/
ne altero numeret. De quodã uiro Athenienſe.

a C ne illud quidem parum prudẽter quidam Athenis uniuer
ſo populo inuiſus cauſam apud eũ capitali crimine dicturus
maximum honorem ſubito petere cœpit:non quod ſperaret ſe illũ
cõſequi poſſe:ſed ut haberent homines:ubi ꝓcurſum iræ qui acerri/
mus eſſe ſolet:effunderent:neq; eũ tam callidi conſilii ratio fefellit.
comitii.n.clamore infeſto & crebris totius cõcionis ſibilus: uexatus
nota etiam denegati honoris ꝑſtrictus eiuſdem plebis paulo poſt in
diſcrimine uitæ clæmẽtiſſima ſuffragia expertus eſt:Quod ſi adhuc
ei ultionem ſiciẽti capitis ſui periculum obieciſſet:nullã partem defẽ
ſionis odio obſeratæ aures reciperẽt.huic uaframẽto cõſimilis illa cal
liditas. De Hannibale.

h Annibal a Iulio cõſule nauali prælio uictus timenſque claſſis
amiſſæ pœnas dare:offẽſam aſtutia mire auertit:nã ex illa ĩ
felici pugna priuſquã cladis nuntius domũ ꝑueniret:quẽdã ex ami/
cis compoſitum & ornatum Carthaginẽ miſit qui poſtquã ciuitatis
eius curiam intrauit:cõſulit inquit uos Hannibal cũ dux Romanorũ
magnas ſecũ maritimas trahẽs copias aduenerit:an cũ eo confligere
debeat:acclamauit uniuerſus ſenatus:nõ eſſe dubiũ qn oporteret.
tum ille cõflixit inquit & ſuperatus eſt. Ita liberum his non reliquit
id factum damnare:quod ipſi fieri debuiſſe iudicauerãt.

De eodem Hannibale.

2009 Ministerio de Cultura

i Dem Hannibal Fabiũ Maximum inuictam armorum ſuorũ uim ſaluberrimis cunctationibus pugnæ ludificātē: ut aliqua ſuſpicione trahendi belli reſpgeret totius Italiæ agros ferro atq; igni uaſtando unius eius funditus immunem ab hoc iniuriæ genere reliquit profeciſſet aliquid tāti beneficii īſidioſa adũbratio eius: niſi Romanæ urbi & Fabii pietas & Hannibalis Vafri mores fuiſſent notiſſimi.

De Tuſculanis.

t Vſculanis etiam acumine cōſilii icolumitas parta ē: cũ enim crebris rebellationibus meruiſſēt: ut eorũ urbē fũditus Romani euertere uellēt: atq; ad id exequēdum Furius Camillus Maximus dux ualidiſſimo iſtructus exercitu ueniſſet: uniuerſi ei togati obuiā proceſſerũt: cōmeatuſq; & cætera pacis munia præſtiterũt: armatũ etiā intrare mœnia paſſi ſunt: nec uultu nec habitu mutato: qua conſtantia trāquillitatis nō ſolũ ad amiciciæ noſtræ ius: ſed etiam ad cōmunem ciuitati uſq; penetrauerunt. Sagaci Hercule uſi ſimplicitate quoniam apertius eſſe intellexerāt metum officiis diſſimulare: q̄ armis protegere.

De Tullo Duce Volſcorum.

a T Volſcorum ducis Tulli execrabile conſiliũ qui ad bellũ inferēdum Romanis Maxima cupiditate accēſus cũ aliquot aduerſis præliis cōtuſos animos ſuorum: & ob id paci proniores animaduerteret: inſidioſa ratione quo uolebat compulit. nam cũ ſpectandorum ludorũ gratia magna Volſcorum multitudo Romam cōueniſſet: cōſulibus dixit: uehemēter ſe timere nequid hoſtile ſubito molirētur: monuitq;: ut eſſent cautiores: & protinus ipſe urbe egreſſus ē. Quam rē conſules ad ſenatum rettulerunt: qui tā & ſi nulla ſuſpicio ſuberat: auctoritate tamē Tulli commotus ut ante noctē Volſci abirent: decreuit qua cōtumelia irritati facile impelli potuerũt ad rebellandũ: ita mēdaciũ uerſuti ducis ſimulatione beniuolētiæ īuolutum duos ſimul populos fefellit. Romanũ ut īſontes notaret Volſcum ut deceptis iraſceretur.

Strategemata. Cap. quartum.

i Lla uero calliditatis egregia & ab omni reprehenſiōe ꝑcul remota: cuius opa quia appellatione noſtra uix apte exprimi poſſunt: græca ꝓnũciatione Strategemata dicātur.

De Tullo Hoſtilio.

o Mnibus militaribus copiis Tullus Hoſtilius fidenas aggreſſus quæ ſurgentis īperii noſtri īcunabula crebris rebellatiōib;



2009 Ministerio de Cultura

torpere paſſæ nõ ſunt:finitimiſq; trophæis ac triumphis alitã uirtu/
tem eius ſpes ſuas ꝓmouere ulterius docuerunt : Metius Suffetius
dux Albanoꝝ dubiam & ſuſpectam ſemꝑ ſocietatis ſuæ fidem repẽ
te in ipſa acie detexit:detecto.n.Romani exercitus latere in ꝓximo
colle conſedit pro adiutore ſpeculator pugnæ futurus : ut aut uictis
inſultaret:aut uictores feſſos aggrederet: nõ erat dubiũ quin ea res
militum noſtroꝝ animos debilitatura eſſet:cum eodem tẽpore & ho
ſtes confligere & auxilia deficere cerneret . Itaque ne id fieret : Tul
lus prouidit concitato enim equo pugnantium globos præcurrit.præ
dicans ſuo iuſſu ſeceſſiſſe Metium eumq; cũ ipſe ſignum dediſſet &
inuaſurum fidenatium terga:quo imperatoriæ artis conſilio metum
fiducia mutauit.ꝓque trepidatiõe alacritate ſuoꝝ pectora repleuit.

De Sexto Tarquinio.

a T ne cõtinuo a noſtris regibus recedamus . Sextus Tarqui/
nius Tarquinii filius indigne ferens quod patris uiribus ex/
pugnari gabii nequirẽt.ualentiorem armis excogitauit rationẽ:qua
interceptum id oppidum Romano imperio adiiceret . Subito nanq;
ſe ad gabios contulit tanquã parẽtis ſeuitiam & uerbera:quæ uolũ/
tate ſua ꝑpeſſus erat fugiens ac paulatim uniuſcuiuſq; fictis & com
poſitis blandiciis alliciẽdo beniuolentiã ut apud oẽs plurimũ poſſet
cõſequutus familiarem ſuum ad patrem miſit indicatuꝝ quẽadmo
dũ cuncta in ſua manu haberet.& quæſiturũ quidnã fieri uellet:iu
uenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit.Siquidem re eximia delec/
tatus Tarquinius fidei autẽ nuntii parũ credẽs nihil reſpondit : ſed
ducto eo in hortum maxima & altiſſima papauerũ capita baculo de
cuſſit.cognito adoleſcẽs ſilentio patris ſimulac facto cauſam alterius
argumenti ꝑuidit:nec ignorauit præcipi ſibi:ut excellentiſſimũ quẽ
que gabinoꝝ aut exilio ſũmoueret:aut morte cõſumeret. ergo ſpo/
liatam bonis ꝓpugnatoribus ciuitatem tantũmodo iiũctis manibus
ei tradidit.

De Romanis.

i Llud quoq; maioribus & conſilio prudẽter & exiti feliciter ꝓ
uiſũ cũ enim urbe capta Galli capitolium obſiderint : ſolãq;
ponẽdi eius ſpem in fame eoꝝ repoſitam animaduerterẽt.perquam
callido genere conſilii Romani uſi unico perſeuerantiæ irritamento
uictores ſpoliauerunt : panes enim iacere compluribus ex locis cœpe
runt.Quo ſpectaculo obſtupefacti infinitamq; frumenti abũdantiã

2009 Ministerio de Cultura

nostris supesse credētes ad pactionē omittēdæ obſidionis cōpulerūt. Miſertus ē tunc ꝓfecto Iupiter Romanæ uirtutis præſidiū ab aſtutia mutuātis cū ſūma alimētoꝝ inopia proiici præſidia īopiæ cerneret: igitur ut Vafro ita periculoſo conſilio ſalutarē exitum dedit.

i Dem Iupiter poſtea præſtantiſſimoꝝ ducū noſtroꝝ ſagacibꝫ cōſiliis propitius aſpirauit: nam cum alterum Italiæ latus Hānibal laceraret: alterū inuaſiſſet. Aſdrubal ne duorum fratrū iunctæ copiæ intolerabili onere feſſas ſimul res noſtras urgerēt: hinc Claudii Neronis uegetum cōſiliū. Illinc Liuii Salinatoris inclyta prouidentia effecit. Nero enim compreſſo a ſe in lucanis Hannibale preſentiā ſuā quoniam ita ratio belli deſiderabat: mētitus hoſti ad opem ferēdam collegæ per longum iter celeritate mira tetēdit Salinator in Vmbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus ſumma cum diſſimulatiōe Neronem caſtris noctu recepit. tribunos enim a tribunis: cēturiones a centurionibus: equites ab equitibus: pedites a peditibus excipi iuſſit: ac ſine ulla tumultuatiōe ſolo uix unum exercitū capiēte alterum inſeruit. quo euenit ne Aſdrubal cum duobus ſe conſulibus præliaturum prius ſciret: quam utriuſqꝫ uirtute proſterneretur. Ita illa toto terrarum orbe infamis punica calliditas Romana eluſa prudentia Hannibalem Neroni: Aſdrubalem Salinatori decipiendū tradidit.

De Quinto Metello Conſule.

m Emorabilis etiam conſilii. Q. Metellus qui cum procōſul bellū ī Hiſpania aduerſus celtiberos gereret: urbēqꝫ Trebiā caput eius gētis uiribus expugnare nō poſſet: intra pectus ſuū multū ac diu cōſiliis agitatis uiā repperit: qua propoſitū ad exitū pduceret. itinera magno īpetu īgrediebatur: deīde alias atqꝫ alias regiones petebat. hos obſidebat mōtes paulopoſt ad illos tranſgrediebatur: cū interim tā ſuis omnibus quā ipſis hoſtibus ignota erat cauſa īopinatæ eius ac ſubitæ fluctuationis. īterrogatus quoqꝫ a quodā amiciſſimo ſibi quicqd ita ſparſū & incertū militiæ genus ſequeret᷑: abſiſte īquit iſtud quærere: nam ſi huius cōſilii mei īteriorē tunicā cōſciā eſſe ſēſero: cōtinuo eā cremari iubebo. Quorſū igit᷑ ea diſſimulatio erupit? aut quē finē habuit? poſtquā uero & exercitū ſuū ignorantia & totā celtiberiā errore īplicauit: cū alio curſū direxiſſet: ſubito ad Trebiā reflexit eāqꝫ inopinatā & attonitā oppreſſit. ergo niſi mētē ſuam dolos ſcrutari coegiſſet: ad ultimā ei ſenctutē apud mœnia. Trebiæ



2009 Ministerio de Cultura

armato ſedendum foret.

De Agathocle rege Syracuſaꝝ.

a Gathocles autem Syracuſaꝝ rex audacter callidus. cũ enim urbem eius maiore ex parte Carthaginenſes occupaſſét: exercitum ſuum in Africam traiecit: ut metũ metu: uim ui diſcutere: neque ſine effectu: nam repẽtino eius aduẽtu ꝑculſi pœni libenter ĩcolumitatẽ ſuã ſalute hoſtium redemerũt: pactiq; ſũt ut eodẽ tẽpore & Africa ſiculis & Sicilia punicis armis liberaret. Agathocles Syracuſarum mœnia ſi tueri pſeueraſſet: illa belli malis urgerent: bona pacis fruenda ſecuræ Carthagini reliquiſſet: nunc inferẽdo quæ patiebant: dum alienas potius laceſſit opes: q̃ ſuas tuet: quo æquiore aĩo regnũ deſeruit: eo tutius recepit.

De Hannibale.

q Vid Hannibal cannenſẽ Populi Romani aciem ſpeculatus nõne prius quã ad dimicandũ deſcenderet cũ pluribus aſtutiæ cõplicatam laqueis ad tam miſerabilẽ perduxit exitum: ante oĩa enim ꝓuidit: ut & ſolẽ & puluerẽ: qui ibi uẽto multus excitari ſolet: aduerſum haberet: deinde partem copiaꝝ ſuaꝝ ĩter ipſum prælii tẽpus de induſtria fugere iuſſit: quã cum a reliquo exercitu abruptã legio Romana ſequeret: trucidandã eam ab iis quos in inſidiis collocauerat: curauit: poſtremo quadrĩgẽtos eq̃tes ſubornauit: qui ſimulata tranſitione petierũt cõſulem: a quo iuſſi more tranſfugarum depoſitis armis ĩ ultimam pugnæ partẽ ſecedere diſtrictis gladiis quos ĩter tunicas & loricas abdiderant: poplites pugnantium Romanorũ ceciderunt: hæc fuit punica fortitudo dolis & inſidiis & fallacia ĩſtructa: quæ nũc certiſſima circũuẽtæ uirtutis noſtræ excuſatio eſt: quoniam decepti magis quam uicti ſumus.

De Repulſis. Capitulum Quintum.

c Ampi quoq; repræſentata condicio ambitioſam ingredientes uiam ad fortius ſuſtinendum parum ꝓſperos comitiorum euentus utiliter inſtruxerit: quia ꝓpoſitis ãte oculos clariſſimoꝝ uirorum repulſis: non ut minore cũ ſpe honoris: ita prudentiore cum animi iudicio petent: meminerĩtq; nefas nõ eſſe aliquid ab omnibus uni negari: cum ſæpenumero ſinguli cunctorum uoluntatibus reſiſtere fas eſſe duxerint: ſciẽtes etiã patientia quæri debere: quod gratia impetrari nequiuerint.

De Quinto Aelio Tuberone.

2009 Ministerio de Cultura

q Vintus Aelius Tubero a. Q. Fabio Maximo epulũ populo Ro. noĩe. P. Africani patrui ſui dãte rogatus ut tricliniũ ſterneret: lectulos punicanos pellibus hædinis ſtrauit: & ꝑ argẽteis uaſis ſamia expoſuit: cuius rei deformitas ſic oẽs offendit: ut cũ alioqn uix egregius haberet̃ comitiiſq; prætoriis cãdidatus ĩ cãpũ. L. Paulo auo &. P. Africano auunculo nixus deſcẽdiſſet: repulſa ĩde abiret notatus nã ut priuatim ſemper cõtinentiã probabãt: ita publice maxima cura ſplendoris habita ẽ: quo circa urbs nõ unius cõuiuii numerũ: ſed totã ſe in illis pelliculis iacuiſſe credẽs ruborẽ epuli ſuffragiis ſuis uĩdicauit.

De. P. Scipione Naſica.

.p. Autem Scipio Naſica togatæ potẽtiæ clarũ lumẽ is q conſul Iugurthæ bellũ ĩdixit: qui matrẽ deã e phrygiis ſedibꝫ ad noſtras aras focoſq; migrãtem ſanctiſſimis manibus excepit q multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppreſſit: quo princi pe ſenatus ꝑ aliquot annos gloriatus ẽ: cũ ædilitatẽ curulẽ adoleſcens peteret: manũq; cuidã ruſtico opere duratã more cãdidatorũ tenaci us apprehendiſſet: ioci gratia ĩterrogauit eũ: num manibus ſolitus eſſet ambulare. Quod dictũ a circunſtantibus exceptũ ad populũ manauit: cauſamq; repulſæ Scipioni attulit: omnes nãq; ruſticæ tribus paupertatem ſibi ab eo exprobratã iudicantes iram ſuam aduerſus cõtumelioſam eius urbanitatẽ diſtrinxerunt. Igitur ciuitas noſtra nobilium iuuenũ ingenia ab inſolentia reuocãdo magnos & utiles ciues fecit: honoribuſque non patiẽdo eos a ſecuris peti: debitũ auctoritatis pondus adiecit.

De Lucio Aemilio Paulo.

n Vllus error talis ĩ. L. Aemilio. P. cõſpectus ẽ: ſed tam̃ aliquotiẽs fruſtra cõſulatũ petiit. Idẽq; cũ iã cãpum repulſis ſuis fatigaſſet bis cõſul & cẽſor factus ẽ: ampliſſimũ etiã dignitatis gradũ obtinuit: cuius uirtutẽ ĩiuriæ nõ fregerũt: ſed acuerũt: quoniã quidẽ uota ipſa accẽſã cupiditatẽ ſũmi honoris ardẽtiorẽ ad comitia detulit ut populũ qa nobilitatis ſplẽdore & animi bonis mouere nõ potuerat: ꝑtinacia uinceret.

De Quinto Cecilio Metello.

.q. Autem Ceciliũ Metellum pauci & mœſti amici cõſulatus repulſa afflictũ: triſtitia ac rubore plenũ domũ reduxerunt eũdem de pſeudo Philippo triumphantem uniuerſus ſenatus lætum & alacrem ĩ capitoliũ proſecutus eſt: achaici etiam belli cui ſummã manum. L. Mamius adiecit: maxima pars ab hoc uiro profligata eſt:

2009 Ministerio de Cultura

l

ei ne ergo populus cõſulatũ negare potuit: cui mox duas clariſſimas ꝓuincias aut daturus erat: aut debiturus Achaiam & Macedoniam: & quidem hoc facto meliore eo ciue uſus eſt: intellexit enim quã i duſtrie ſibi gerendus eſſet cõſulatus: quem tanto labore impetrari ſenſerat.

De Lucio Scylla.

q Vid tam excellẽs quid tã opulẽtum quã. L. Scylla: diuitias imperia largitus eſt. leges uetuſtas abrogauit: nouas tulit: hic quoq; in eodem cãpo cuius poſtea dominus extitit: repulſa præturæ ſugillatus eſt: omnia loca petiti honoris ſiquis modo deoꝶ formam & imaginem futuræ eius potẽtiæ populo Ro. repreſẽtaſſet ĩperaturus.

De. M. Portio Catone.

ſ Ed ut comitioꝶ maximũ crimẽ referã. M. Portius Cato plus moribus ſuis præturæ decoris adiecturus quã prætexto eius ſplendoris ipſe laturus conſequi illam a populo aliquando non potuit: ꝓxima clæmentiæ ſuffragia: quæ quidẽ ſatis graues pœnas erroris ſui pependerunt. quoniam quẽ honorẽ Catoni negauerant: Vatinio dare coacti ſũt: Ergo ſi uere æſtimare uolumus: non Catoni tũc prætura: ſed præturæ Cato negatus eſt.

De neceſſitate. Capitulum Sextum.

a Bominandæ quoq; neceſſitatis amariſſimæ leges & truculentiſſima imperia tum urbem noſtrã tum etiã exteras gentes multa nõ intellectu tantũ: ſed etiam auditu grauia perpeti coegerũt: Nam aliquot aduerſis præliis ſecũdo punico bello exhauſta militari iuuentute Romana: ſenatus auctorĩ Tito Graccho cõſule cẽſuit uti publice ſerui aduerſus ꝓpulſandoꝶ hoſtiũ ĩpetũ emerent: eaq; de re p tribunos plebis apud populũ lata rogatione tres creati ſunt uiri: qui quattuor & uigĩti millia ſeruoꝶ cõparauerũt: adactoſq; iureiurãdo ſtrenuã ſe forteq; opam daturos: quoad pœni eſſẽt ĩ Italia laturos arma ĩ caſtra miſerunt: Ex Appulia etiã & a Fidiculis ſeptuaginta atq; ducẽti ad ſupplementũ equitatus ſũt empti. Quanta uiolẽtia eſt caſus acerbi: Quæ ciuitas ad id tẽpus ingenuæ quoque originis capite cẽſos habere milites faſtidierat: eadẽ cællis ſeruilibus extracta corpora & a paſtoralibꝫ caſis collecta mancipia uelut præcipuũ firmamentũ exercitui ſuo adiecit: Cedit ergo interdũ generoſus ſpiritus utilitati & fortunæ uiribꝫ ſuccumbit: ubi niſi tutiora cõſilia legeris ſpecioſa ſequẽti cõcidendũ ẽ.

2009 Ministerio de Cultura

De Ciuitate Romæ.

c Annenſis autẽ clades adeo urbem noſtrã uehementer conſu dit: ut opera. M. Iunii dictaturã reip. adminiſtrãtis ſpolia ho ſtium affixa tempus deorum numini cõſecrata ĩſtrumẽta militiæ fu tura cõuellerentur: ac pretextati pueri arma ĩduerẽt: abditorũ etiam capitali crimine damnatorũ ſedecim millia cõſcriberentur: quæ ſi p ſe aſpiciantur: aliquid ruboris habeant: ſi autẽ admotis neceſſitatis uiribus ponderentur: ſæuiciæ temporis conuenientia præſidia uidean tur.

De Eadem Ciuitate:

p Ropter eãdem cladem ſenatus Octacilio qui Siciliã Corne/ lio Mamulæ qui Sardiniam propraetores obtinebãt: queren/ tibus quod neque ſtipendiũ: neq; frumẽtũ claſſibus eorũ & exerciti bus ſocii præberẽt: affirmãtibus etiam ne habere qdẽ eos unde id præ ſtare poſſẽt: reſcripſit: ærariũ longinquis expenſis nõ ſufficere proin de quo pacto tantæ inopiæ ſuccurrẽdũ eſſet: ipſi uiderent his litteris quid aliud quam imperii ſui gubernacula e manibus abiecit: Siciliã/ que & Sardiniam benigniſſimas urbis noſtræ nutrices gradus & ſta bilimenta bellorum tam multo ſudore & ſanguine in poteſtatem re dactas paucis uerbis ita ſcilicet neceſſitate iubente dimiſit.

De Caſilinatibus.

e Adem caſilinates obſidione Hannibalis clauſſi alimentorũq; facultate defecti lora neceſſariis uinculorũ uſibus ſubducta eque ſcutis detractis pelles feruẽti reſolutas aqua mãdere uoluiſtis: Quid illis ſi acerbitatẽ caſus ĩtueare miſerius? ſi conſtantiã reſpicias fidelius? qui ne a Romanis deſciſcerent: tali uti cibi genere ſuſtinue/ runt. Cum pinguiſſima arua ſua fertiliſſimoſq; campos mœnib; ſuis ſubiectos intuerentur. Itaq; Campanæ urbis quæ punicam feritatem delitiis ſuis cupida fouit in propinquo ſitum Caſilinũ moderatũ uir tute clarum perſeuerantis amiciciæ pignore impios oculos uerbera/ uit.

De Præneſtinis.

i Nilla obſidione & fide cum trecenti præneſtini permanerẽt: euenit: ut ex his quidam murem captum ducẽtis potius dena riis uændere: q̃ ipſe leniendæ famis gratia conſumere mallet. Sed cre do deorũ prouidẽtia effectũ: ſed uænditori & emptori quẽ uterque merebatur exitum attribuit: Auaro enim & fame conſumpto manu biis ſordium ſuarum frui non licuit. Aequi animi uir ad ſalutarem

2009 Ministerio de Cultura

impenſã faciendam care quidẽ uerũ neceſſarie cõparato cibo uixit.

### De Ciuitate Romæ.

.c. Autẽ Mario. Cn. Carbone cõſulibus bello ciuili cũ. L. Scylla diſſidentibus quo tẽpore nõ reip. uictoria quærebat̃: ſed præmiũ uictoriæ res erat publica ſenatuſcõſulto aurea atq; argentea tẽploꝝ ornamenta ne militibus ſtipendia deeſſent: cõflata ſunt: digna enim cauſa erat hi ne an illi crudelitatem ſuam ꝓſcriptione ciuium ſaciarent: ut dii ĩmortales ſpoliarent̃: nõ ergo patrũ cõſcriptoꝝ uolũtas: ſed teterrimæ neceſſitatis truculenta manus illi cõſulto ſtilũ ſuũ impreſſit.

### De Diuo Iulio.

d Iui Iulii exercitus ideſt ĩuicti ducis inuicta dextera cũ armis mundam clauſiſſet: aggeriq; extruendo materia deficeret cõgerie hoſtilium cadauerũ: quã deſyderauerat: altitudinẽ ĩſtruxit: eãque tragulis & pilis: quia roboreæ ſudes deerãt: magiſtra nouæ molitionis neceſſitate uſus uallauit.

### De Diuo Auguſto.

a Tque ut diuinam filii mẽtionem cæleſtis patris recordationi ſubnectam: cum effuſurus ſe in noſtras ꝓuincias parthorũ rex Phraates uideret̃: unicæq; imperio eius regiones ſubita indicti tumultus denunciatione quaterent̃: tanta in Boſphorano tractatu cõmeatus penuria inceſſit: uti ſex millibꝫ denariis ſingula uaſa olei frumentique modis totidem mancipia permutarent̃: ſed amariſſimam tempeſtatem Auguſti cura tutelæ tunc terrarum uacans diſpulit.

### Externa. De Cretenſibus.

c Retenſibus nihil tale præſidii affulſit qui obſidiõe Metelli ad ultimam uſq; penuriam cõpulſi ſua iumẽtorumq; ſuorũ urina ſitim torſerunt: iuſtius dixerim: ꝗ̃ ſuſtentauerunt: quia dum uinci timent id paſſi ſunt: quod eos ne uictor quidem pati coegiſſet.

### De numantinis.

n Vmantini autem a Scipione uallo & aggere circundati: cum omnia quæ famem eoꝝ trahere poterãt cõſumpſiſſẽt: ad ultimum humanoꝝ corporũ dapibus uſi ſunt. quapropter capta iã urbe cõplures inuẽti ſũt artus & mẽbra trucidatoꝝ corporũ ſinu ſuo geſtantes. nulla eſt in his neceſſitatis excuſatio: nã ꝗbus mori licuit. ſic uiuere neceſſe nõ fuit.

### De Calagurgitanis.

h Orum trucem pertinaciam ĩ cõſimili facinore calagurgitanorũ execrabilis ĩpietas ſupgreſſa ẽ. ꝗ quo ꝑſeuerãtius ĩterẽpti

2009 Ministerio de Cultura

Sertorii cineribus obſidionẽ. Cn. Pompei fruſtrãtes fidẽ præſtarent: quia nullũ iã aliud ĩ urbe eorꝫ ſuperat animal: uxores ſuas natoſque ad uſũ nefarriæ dapis uerterũt quoq; diutius armata iuuẽtus uiſcera ſua uiſceribus ſuis aleret: Infelices cadauerum reliqas ſallire nõ du/ bitauit. En ũquã aliquis ĩ acie hortaretur: ut pro ſalute cõiugũ & li/ berorꝫ fortiter dimicaret. ex hoc nimirũ hoſte tãto duci pœna magiſ quã uictoria petẽda fuit: quia plus uidicatus libertatis quã uictus gloriæ afferre potuit: cũ omne ſerpẽtũ ac ferarũ genus cõparatiõe ſui titulo feritatis ſuperatis: nanq; illis dulcia uitæ pignora proprio ſpiri/ tu cariora ſũt ea caligurgitanis prandia atque cœnæ extiterunt.

## De Teſtamentis Quæ reſciſſa ſunt. Cap. ſeptimum.

u Acemus nunc negotio quod actorũ hominis & præci/ puæ curæ & ultimi eſt temporis: cõſideremuſq; quæ teſtamẽta aut reſciſſa ſũt legitime facta: aut cũ meri/ to reſcindi poſſent: rata mãſerũt: quæ ue ad alios quã qui expectabant honorem hæreditatis tranſtulerunt.

## De quodam milite.

a Tque ita ut ea ordine quo propoſui exequar: militãtis cuiuſ dã pater cũ de morte filii falſũ e caſtris nunciũ accepiſſet: ali is hæredibus ſcriptis deceſſit: peractis deĩde ſtipendiis adoleſcens do mũ petit: errore patris impudẽtia amicorꝫ domũ ſibi clauſam reppe rit. Quid. n. illis inuerecundius? florem iuuentæ pro rep. abſũpſerat: maximos labores & plurima pericula tolerauerat: aduerſo corpore ex ceptas oſtendebat cicatrices: & poſtulabat: ne auitos eius lares otioſa ipſi urbi onera poſſiderẽt. Itaq; depoſitis armis coactus ẽ ĩ foro toga tam ingredi militiam acerbe: cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis apud centũuiros contendit: omnibuſque non ſolũ cõ ſiliis ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit.

## De Filio M. Anci Carſeolani equitis Romani.

i Tem. M. Anci Carſeolani ſplẽdidiſſimi equitis Romani filius a Suſenate auunculo ſuo adoptatus: teſtamẽtũ naturalis pa tris quo præteritus erat apud cẽtũuiros reſcidit: cum in eo Tullianus Pompei magni familiaris ipſo quidem Pompeio ſignatore hæres ſcri ptus eſſet: itaq; illi ĩ iudicio plus cũ excellentiſſimi uiri gratia: q̃ cum parentis cineribus negotii fuit cæterum quanuis utraque hæc ad/ uerſus ſe nitebantur: tamen paterna bona obtinuit. nam. L. quidem

2009 Ministerio de Cultura

Sextilius: &. P. Popilius quos. M. Ancus ſanguine ſibi cõiunctos eadẽ ex parte: qua Tullianum hæredem fecerat ſacramẽto cũ adoleſcẽtulo cõtendere auſi nõ ſunt. tametſi præcipuis eo tempore magni uiribus ad defendẽdas tabulas teſtamẽti inuitari poterãt: & ſi aliquãtulum adiuuabat hæres: quod. M. Anci filius in Suſenatis familiam ac ſacra tranſierat: ſed arctiſſimũ inter homines ꝓcreationis uinculum patris ſimul uoluntatem & principis auctoritatẽ ſuperauit.

De Tectio filio Tertii.

.c. Autem Tectium infantẽ a patre exhæredatũ Petronia matre quã Tectius quoad uixit in matrimonio habuerat natũ diuus Auguſtus ĩ bõa paterna ire decreto ſuo iuſſit patris patriæ animo uſus quoniam Tectius in ꝓprio iure ꝓcreato filio ſumma cum iniquitate paternum nomen abrogauit.

ſ Epticia quoq; mater Tracalorum Ariminenſium filiis irata ĩ contumeliam eoꝝ cũ iam parere non poſſet Publio Seni ad modum nupſit teſtamẽto etiã utroq; præterito: a qbus additus diuus Auguſtus & nuptias mulieris & ſuprema iudicia improbauit: nam hæreditatẽ maternam filios habere iuſſit: dotẽ quia non creãdorum liberoꝝ cauſa cõiugium interceſſerat: uirum retinere uetuit. Si ipſa æquitas hac de re cognoſcere potuerit ne iuſtius aut gratius ꝓnũtiaret? ſpernis quos genuiſti: nubis efflœta: teſtamẽti ordinem uiolento animo confundis: neq; erubeſcis ei totum patrimoniũ adiicere: cuius polluto iam corpori marcidam ſenectutem tuã ſubtrauiſti. ergo dũ ſic te egeris: ad inferos uſq; cæleſti fulmine afflata es.

De. C. Calphurnio Piſone.

e Gregia quoq; Calphurnii Piſonis præfecti urbis conſtitutio cum. n. ad eum Terentius ex octo filiis quos in adoleſcentiã ꝑduxerat: ab uno in adoptionem dato exhæredatum ſe querelam detuliſſet: bonoꝝ adoleſcẽtis poſſeſſionem ei dedit: hæredeſq; lege agere paſſus non eſt. monuit ꝓfecto Piſonem patria maieſtas donũ uitæ: beneficium educationis: ſed aliquid etiam ipſum flexit circũſtantium liberoꝝ numerus: quos cũ patre ſeptẽ fratres impie exhæredatos uidebat.

De Genitio Quodam.

q Vid Mamerci Aemilii Lepidi cõſulis q̃ graue decretũ? Genitius qdam matris magnæ Gallus a. Cn. Oreſte prætore urbis impetrauerat ut reſtitui ſe ĩ bona Neniani iubere: quoꝝ poſſeſſionẽ

2009 Ministerio de Cultura

ſecundũ tabulas teſtamenti ab ipſo acceperat appellatus Mamercus a Surdinio cuius libertus Genitium hæredẽ fecerat: prætoriã iuriſ/ditionẽ abrogauit: quod diceret Genitium amputatis ſui ipſius ſpõte genitalibus corporis partibus: neque uirorum neque mulierũ nu/mero haberi debere cõueniens Mamerco cõueniens principi ſenatus decretum: quo prouiſum eſt: ne obſcœna Genitii præſentia iniq na taq; uoce tribunalia magiſtratuũ ſub ſpecie petiti iuris polluerentur.

De Vetilio Lenone.

m Vlto. Q. Metellus prætorẽ urbanũ ſeueriorem egit q̃ Ore/ſtes gesserat. qui Vetilio lenoni bonorũ iuueni poſſeſſionẽ ſecundũ tabulas teſtamenti nõ dedit: quia uir nobiliſſimus & grauiſ ſimus fori ac lupanaris ſeparandã cõdicionem exiſtimauit. Nec aut factũ illius comprobare uoluit: qui fortunas ſuas in ſtabulũ cõtami/natum proiecerat: aut huic tanq̃ integro ciui iura reddere: qui ſe ab omni honeſto uitæ genere abruperat.

De Teſtamẽtis quæ rata mãſerunt. Cap. Octauum.

h Is reſciſſorum teſtamẽtorũ exemplis contẽti: attinga/mus ea: quæ rata mãſerũt cum cauſas haberẽt ꝓpter: quas reſcindi poſſent: quã certæ quam etiam notæ iſa niæ Tuditanus utpote qui populo nũmos ſparſerit: togãq; uelut tragicam ueſtem ĩ foro trahens maximo cũ hominum ri ſu cõſpectus fuerit. ac multa his cõſentanea fecerit: teſtamento filiũ inſtituit hæredem: quod. T. longus ſanguine ei proximus haſtæ iudi cio ſubuertere fruſtra conatus eſt: magis enim centũuiri quod ſcri/ptum eſſet in tabulis quam quis eas ſcripſiſſet cõſiderandum exiſti/mauerunt.

De Ebucia contra uxorẽ. L. Manei Agrippæ.

u Ita Tuditani demẽs: Ebuciæ aũt quæ. L. Manei Agrippæ ux or fuerat: tabulæ teſtamẽti plenæ furoris: nã cũ haberet du/as ſimillimæ probitatis filias Pletoniam & Afroniã: animi ſui potius ĩclinatione prouecta: quã ullis alterius ĩiuriis aut officiis cõmota Ple/toniã tantũmodo hæredẽ ĩſtituit filiis etiã Afroniæ ex admodũ ãplo patrimonio uiginti nũmos legauit. Afronia tũ cum ſorore ſacramẽto cotẽdere noluit: teſtamẽtũq; matris patiẽtia honorare: q̃ iudicio con/uellere ſãctius eſſe duxit: eo ſe ipſã ĩdigniorẽ ĩiuria oſtẽdẽs: quo eã æquiore animo ſuſtinebat.

De. Q. Metello.

m Inus mirãdũ errorẽ muliebrem. Q. Metellus fecit. Is nãq;

p

2009 Ministerio de Cultura

plurimis & celeberrimis eiuſdem nominis uiris in urbe noſtra uigē tibus claudiorꝫ etiā familia quā arctiſſimo ſanguinis uinculo contin gebat florente Currinatem ſolum hæredem reliquit: nec hoc teſtam̄ tum eius quiſquā attentauit. De Pōpeio Rhegino.

i Tem Pompeius Rheginus uir tranſalpinæ regionis cū teſta/ mēto fratris præteritus eſſet: & ad coarguendā iniquitatē eius binas tabulaſ teſtamentorꝫ ſuorꝫ in comicio inciſas habita utriuſq; ordinis maxima frequentia recitaſſet: in quibus magna ex parte hæ/ res frater erat ſcriptus: prælegebaturq; ei cēties & qūiquagies ſexter/ tium multum ac diu inter aſſentientes indignatiōe amicos quæſtus quod ad haſtæ iudiciū attinet cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt: & erant ab eo inſtituti hæredes neq; ſanguini Rhegino pares neq; ꝓ ximi pagano ſed & alieni & humiles: ut nō ſolum flagitioſum ſilētiū ſed etiam prælatio contumelioſa uideri poſſet: æque felicis impuni tatis: ſed neſcio an terroris hæc delicti teſtamēta.

De. Q. Cecilio & Lucio Lucullo. Cap. ix.

.q. Cecilius. L. Luculli ꝓmptiſſimo ſtudio maximaq; libe/ ralitate & honeſtium dignitatis gradum & ampliſſimū patrimonium cōſecutus cum præ ſe ſēꝑ tuliſſet unū illum ſibi eſſe hæredem moriēs etiā anulos. n. ſuos tra didiſſet: Pomponium Atticum teſtamēto adoptauit: omniumq; bo/ norum reliquit hæred m: ſed fallacis & inſidioſi cadauer Po. Ro. cer uicibus reſte circundatū ꝑ uiam traxit: Itaque nefarrius homo filiū q̄dem & hæredem habuit: quē uoluit: funus autem & exequias qua les meruit. De Tito Mario Vrina.

n Eque aliis dignus fuit. T. Marius Vrinas: qui ab infimo mi/ litiæ loco beneficiis diui Auguſti imperatoris ad ſummos ca ſtrenſes honores ꝑductus eorumque uberrimis quæſtibus locuples factus: nō ſolum cæteris uitæ temporibus ei ſe fortunas ſuas relique re a quo acceperat: prædicauit: ſed etiam pridie q̄ expiraret idē illud ipſi auguſto dixit. Cum interim ne nomē quidē eius tabulis teſtamē ti adiecit. De Lucio Valerio & Cornelio Balbo.

.l. Autem Valerius cui cognomen Heptachordo fuit: togatū hoſtem Cornelium Balbum expertus utpote operæ eius & cōſilio cōpluribus priuatis uexatus litibus ad ultimumque ſubiecto accuſatore capitali crimīe accuſatus præteritis aduocatis & patronis

2009 Ministerio de Cultura

ſuis ſolum hæredē reliquit: nimirū cōſternatio quæ animū eius trāſ uerſum egit: amauit enim ſordes ſuas: & dilexit pericula & dānatio/ nem uotis expetiuit: auctorē haꝝ rerum beniuolentia propulſatorē odio inſecutus. De Tito Barrulo Lentulo.

.t. Barrulus Lentulo Spintheri cuius amātiſſimum animū libe/ raliſſimamq; ſenſerat amiciciā: decedens ſuos anulos perīde atq; unico hæredi tradidit: quem nulla ex parte hæredem reliquebat quantū illo mométo temporis conſcientia ſi modo uires quas habere creditur: poſſidet: a teterrimo homine ſuppliciū exegit: inter ipſā.n. fallacis & ingratæ culpæ cogitationē ſpiritū poſuit: quaſi tortore ali/ quo mentē eius īterius cruciāte: quod animaduertebat e uita ad mor tem tranſitū ſuum & ſuperis diis inuiſū eſſe: & inferis deteſtabilem futurum. De.M. Popilio.

.m. Vero Popilius ſenatorii ordinis Oppium Gallū ab ineūte æta te familiariſſimum ſibi moriēs pro uetuſto iure amiciciæ & uultu benigno reſpexit: & uerbis magnum præ ſe amorem ferētibus proſecutus eſt: unum etiam de multis qui aſſidebāt ultimo comple/ xu & oſculo dignum iudicauit? ſuperque anulos quoque ſuos ei tra didit uidelicet ne quid ex ea hæreditate quā nō erat aditurus: amitte ret. Q uos Oppius uir diligēs ſed morientis amici plenū cōtumeliæ ludibrium ī locellum depoſitos & a præſentibus aſſignatos diligētiſ/ ſime hæredibꝫ illius exhæres ipſe reddidit. Q uid hoc loco īhoneſti us: aut quid ītempeſtiuius? ſenator populi Ro. curia egreſſus homo uitæ fructibus cōtinuo cariturus ſanctiſſima iura familiaritatis mor te preſſis oculis: & ſpiritu ſupræmos anhælitus reddēte ſcurrili luſu ſugilanda ſibi deſumpſit. Liber Octauus.

## Infames rei qbus ex cauſis abſoluti aut damnati ſunt. Capitulum primum.

n Vnc quoque ut æquiore animo ancipites Iudicioꝝ motus tollerentur: recordemur ī inuidia laborantes quibus de cauſis aut abſoluti ſunt aut dānati .M. Horatius īterfectæ ſororis crimine a Tullo rege dā natus ad populum prouocato iudicio abſolutus ē: quorum alterū atrocitas necis mouit: alterum cauſa flexit. quia īma/ turum uirginis amorem ſeuere magiſquam impie punitū exiſtima/ bat. Itaq; forti punitione liberata fratris dextera tantum cōſanguineo



2009 Ministerio de Cultura

quantum hoſtili cruore gloriæ haurire potuit. acréſe tunc pudiciciæ cuſtodem populus Ro. poſtea plus iuſto placidũ iudicẽ præſtitit.

De Sergio Galba.

c Vm a Libone. tr. pl. Sergius Galba ꝓ roſtris uehementer in/creparet̃: quod luſitanoꝝ magnam manũ iterpoſita fide prætor in Hiſpania interemiſſet: actioniq; tribunitiæ. M. Cato ultimæ ſenectutis oratione ſua quã in origine rettulit: ſubſcriberet: reus ꝓ ſe iam nihil recuſans paruulos liberos ſuos & galli ſanguine coniũctũ filium flæns cõmendare cœpit: eoq; facto mitigata cõcione q omniũ conſenſu pariturus erat: pœne nullum triſte ſuffragium habuit: mi/ſericordia ergo illam quæſtionẽ non æquitas texit: quoniã quæ ĩnocẽtiæ tribui nequierat: abſolutio reſpectui pueroꝝ data ẽ: cõſentaneũ quod ſequitur.

De. A. Gabinio.

.a. Gabinius in maximo infamiæ ſuæ ardore ſuffragiis populi Memio accuſatore ſubiectus abruptæ eſſe ſpei uidebatur: quoniam & accuſatio partes ſuas plene exhibebat: & defenſiõis præſidia inualida fide nitebant̃: & qui iudicabant ira ꝑciti pœnã homĩs cupide expectabant: Igit̃ lictor & carcer ante oculos obuerſabãt̃: cũ interim omnia iſta ꝓpitiæ fortunæ interuẽtu depulſa ſũt: filius nãq; Gabinii Siſenna cõſternationis impulſu ad pedes ſe Memii ſupplex proſtrauit: inde aliquod fomẽtum ꝓcellæ petẽs unde totus ĩpetus tempeſtatis eruperat. quem truci uultu a ſe uictor inſolẽs repulſum excuſſo e manu anulo humi iacere aliquãdiu paſſus eſt. Quod ſpectaculum fecit ut Lællius. tr. pl. approbantibus cũctis Gabinium di/mitti iuberet: ac documẽtum daret̃: neq; ſecundaꝝ rerum prouentu inſolẽter abuti: neq; aduerſis ꝓpere debilitari oportere: idq; ꝓximo exemplo æque patet.

De Appio Claudio.

a Ppius Claudius neſcio religionis maior an patriæ iniuria. ſi q dem illius uetuſtiſſimum morẽ neglexit: huius pulcherrimã claſſem amiſit: infeſto populo obiectus cũ effugere debitam pœnã nullo modo poſſe crederet̃: ſubito coorti imbris beneficio tutus fuit a damnatione: diſcuſſa. n. quæſtione aliam uelut diis interpellãtibus de integro inſtaurari nõ placuit. Itaq; cui maritima tempeſtas cauſæ dictionem contraxerat: cæleſtis ſalutem attulit.

De Tucia Virgine Deæ Veſtæ.

e Odẽ auxilii genere Tuciæ uirginis Veſtalis ĩceſti crimĩs reæ

2009 Ministerio de Cultura

caſtitas infamiæ nube obſcurata emerſit quæ cõſcia certæ ſincæritatis ſuæ ſpem ſalutis ancipiti argumēto poſita petere auſa eſt: arrepto enim cribro Veſta inquit: ſi ſacris tuis caſtas ſemper admoui manus effice: ut hauriam ex Tyberi aquam: & in ædem tuam perferam: audacter & temere iactis uotis ſacerdoti rerum ipſa matura ceſſit.

De Lucio piſone.

i Tem. L. Piſo a. L. Claudio pulchro accuſatus quod graues & ĩtolerabiles iniurias ſociis ĩtuliſſet: haud dubiæ ruinæ metũ fortuito auxilio uitauit: nãq; per ipſum tēpus quo triſtes de eo ſentētiæ ferebantur: repentina uis nimbi incidit: cunque proſtratus humi pedes iudicium oſcularetur: os ſuũ cœno repleuit: quod cõſpectũ totam quæſtionem a ſeueritate ad clæmentiã & mãſuetudinē traſtulit quia ſatis eum pœnas ſociis dediſſe arbitrati ſunt: huc deductũ neceſſitatis ut abiicere ſe tam ſuppliciter: aut attollere tam deformiter cogeretur: ſubnectam duos accuſatorum ſuorũ culpa abſolutos.

De. Q. Flauio.

.q. Flauius a. T. Valerio ædili apud populum reus actus cũ quattuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet: proclamauit ſe ĩnocentem opprimi: cui Valerius æque clara uoce reſpõdit: nihil ſua intereſſe nocens ne an innoxius periret: dummodo periret: qua uiolentia dicti reliquas tribus aduerſario donauit: abiecerat inimicũ: eũdem dũ pro certo peſſundatum credidit: erexit: uictoriamq; ĩ ipſa uictoria perdidit.

De Caio coſconio.

c Aium etiam Coſconium ſeruilia lege reũ propter plurima & euidentiſſima facinora: ac ſine ulla dubitatione nocētē. Valerii Valentini accuſatoris eius recitatum iudicio carmen quo ipſum puerum prætextatum & ingenuam uirginē a ſe corruptam poetico ioco ſignificauerat correxit. Siquidem iudices iniquum rati ſunt eũ uictorem dimittere. qui palmam nõ ex alio ferre ſed de ſe dare merebatur Magis ergo Valerius in coſconii abſolutione damnatus: quã coſconius in cauſa ſua liberatus eſt.

De. A. Attilio Calatino.

a Ttingam eos quoque quoꝝ ſalus propriis obruta criminibus proximorum claritati donata eſt. A. Attilium calatinum ſoranoꝝ oppidi proditione reũ admodum infamē imminentis damnationis periculo. Q. Maximi ſoceri pauca uerba ſubtraxerunt: quibus



2009 Ministerio de Cultura

l

affirmauit ſi in eo crimine ſontē illum ipſe comperiſſet direpturū ſe fuiſſe affinitatem: continuo enim populus pœne iam exploratam ſē tentiam ſuam unius iudicio conceſſit: indignū ratus eius teſtimonio non credere cui difficilis reipublicæ tēporibus bene ſe exercitus credi diſſe meminerat.

De. M. Aemilio Scauro.

.m. Quoq; Aemilius Scaurus repetūdaꝝ reus adeo perditā & comploratam defenſionē ī iudicium attulit: ut cū accuſator diceret lege ſibi centum atq; uiginti hominibus denunciare teſtimonium licere ſi nō recuſare: quo minus abſolueret̃: ſi totidem nominaſſet: quibus ī prouincia abſtuliſſet: tam bona condicione uti nō potuerit: tamē ꝓpter uetuſtiſſimam nobilitatem & recentem memoriam patris abſolutus eſt.

De Cocta.

ſ Ed quemadmodū ſplendor ampliſſimorū uirorum in protegendis reis plurimum ualuit: ita opprimēdis nō ſane multū potuit: quin etiam euidenter noxiis dū eos acrius impugnauit: ꝓfuit. L. Scipio Aemilianus Coctā apud populū accuſauit: cuius cauſa quāuis grauiſſimis criminibus erat confoſſa: ſepties ampliata & ad ultimum octauo iudicio abſoluta ē: quia homines uerebant̃: ne præcipue accuſatoris amplitudini dānatio eius dona exiſtimaret̃. Quos hæc ſecum locutos crediderim: nolumus caput alterius petentē in iudicium triumphos & trophæa ſpoliaque ac deuictarū nauium roſtra deferre: terribiliſq; ſit is aduerſus hoſtes: ciuis uero ſalutem tāto fulgore gloriæ ſubnixus ne inſequat̃: tam uehementes iudices aduerſus excellētiſſimū accuſatorem quam mites longe iferioris fortunæ reo.

De Gallidio bononienſi.

c Allidius bononiēſis in cubiculo mariti noctæ deprehēſus: cū ob id cauſam adulterii diceret: iter maximos & grauiſſimos ī famiæ fluctus emerſit tanquā fragmentum naufragii leue admodū genus defenſionis amplexus: affirmauit enim ſe ob amorē pueri ſui eo eſſe pductum: ſuſpectus erat locus: ſuſpectū tēpus: ſuſpecta matriſfamiliæ perſona: ſuſpecta etiam adoleſcētia ipſius. Sed crimē libidinis confeſſio intemperantiæ liberauit.

De Celiis fratribus & filiis Titi Celii.

2009 Ministerio de Cultura

r Emiſſionis hæc: illud aliquãto grauioris materiæ exemplũ Cũ parricidii cauſam duo fratres Celii dicerẽt ſplẽdido terracinæ loco nati: quorũ pater Titus Celius in cubiculo quieſcẽs filiis altero cubãtibus lecto erat intereptus: neq; aut ſeruus quiſquam aut liber inueniret ad quem ſuſpicio cædis pertineret. hoc uno nomine abſo/luti ſunt: qa iudicibus planum factum eſt illos aperto oſtio inuen/tos eſſe dormientes. ſomnus innoxiæ ſecuritatis certiſſimus ĩdex mi ſeris opem tulit: Iudicatum eſt enim rerum naturam non recipere ut occiſo patre ſupra uulnera & cruorem eius quietem capere potu erint.

De Lucio Scipione.

p Ercurremus nũc eos quibus ĩ cauſæ dictiõe magis quæ extra quæſtionem erant: nocuerũt: quam ſua innocẽtia opẽ tulit. L. Scipio poſt ſpecioſiſſimum triumphum de rege Antiocho ductũ perinde ac ſi pecuniam ab eo accepiſſet: damnatus eſt. nõ puto quod pretio corruptus fuerat: ut illum totius Aſiæ dominum: & iam etiã Europæ uictrices manus iniicientem ultra Taurum montem ſũmo ueret: ſed alioquin uir ſynceriſſimæ uitæ & ab hac ſuſpiciõe ꝓcul re motus inuidiæ quæ tunc in duoꝝ fratrũ inclytis cognominibus ha/bitabat: reſiſtere non potuit.

De Publio Furio.

a T Scipiõi quidem maximus fortunæ fulgor. P. aũt Deciano ſpectatæ integritatis uiro uox ſua exitium attulit: Nã cũ. P. Furium inquinatiſſimæ uitæ pro roſtris accuſaret: quia quadã in pte actionis de morte Lucii Saturnini queri auſus fuerat: nec reum dam nauit: & inſuper ei pœnas additas pependit.

De Titio Sexto.

ſ Extum quoq; Titium ſimilis caſus ꝓſtrauit: erat ĩnocẽs agra ria lege lata generoſus apud populum: tamẽ quia ſaturnini imaginem domi habuerat: ſuffragiis eum tota concio oppreſſit.

De Claudia.

a Diiciatur his claudia qua inſontem crimine quo accuſabatᵉ uotum impium ſubuertit: quia cũ a ludis domũ rediẽs turba elideretur: optauerat: ut frater ſuus maritimarũ uiriũ noſtrarũ. præ/cipua iactura reuiuiſceret: ſæpiuſq; conſul factus ĩfelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret.

2009 Ministerio de Cultura

De Militio Cneo Lolio. & Lucio Sextilio.

p Oſſumus & ad illos breui diuerticulo tráſgredi: quos leues ob cauſas damnationis icurſus abripuit. M. Militius. Cn. Lolius. L. Sextilius triũuiri quod ad incendiũ in ſacra uia ortum extinguendum tardius uenerant: a. tr. pl. die dicta apud populum dãnati ſunt. De Publio Bilio Triumuiro.

i Tem. P. Bilius triũuir a. P. aquilo. tr. pl. accuſatus populi iudicio concidit. quia uigilias negligentius circumierat.

De Marco Aemilio Porcina.

a Dmodum ſeueræ notæ & illud populi iudiciũ: cũ. M. Aemilium Porcinam a. L. Caſſio accuſatum crimie nimis ſublime extructæ uillæ i alſiẽſi agro graui mulcta affecit. De quodã.

n On ſupprimẽda illius quoq; dãnatio: qui pueruli ſui nimio amore coruptus: rogatus ab eo ruri ut omaſum in cœnã fieri iuberet: cũ bubulæ carnis in ꝓpinquo emẽdæ nulla facultas eſſet domito boue occiſo deſyderium eius expleuit eoq; nomie publica quæſtione afflictus eſt. innocẽs niſi tam priſco ſæculo natus eſſet.

De quadam muliere quæ matrem interfecit.

a Tque ut eos quoq; referamus: qui in diſcrimẽ capitis aducti neq; damnati neq; abſoluti ſũt. apud. M. Popiliũ Lemnatẽ prætorem quædam ꝙ matrem ꝑcuſſam fuſte interemerat: cauſam dixit: de qua neutram in partem latæ ſententiæ ſũt: quia abũde cõſtabat eãdem ueneno necatoꝝ liberoꝝ dolore cõmotam: quos auia filiæ iſẽſa ſuſtulerat parricidiũ ultam parricidio eſſe: quoꝝ alterũ ultione: alterũ abſolutione non dignum iudicatũ eſt.

De quadam muliere quæ uirũ & filium interemit.

e Adem hæſitatione Publii quoq; Dolobellæ procõſulari iperio Aſiam obtinẽtis animus fluctuatus eſt: materfamilias Smyrnea uirũ & filiũ interemit: cũ ab iis optimæ indolis iuuenẽ: quẽ expriore uiro enixa fuerat occiſũ compeꝛiſſet: quã rẽ Dolobella ad ſe delatam Athenas ad Ariopagi cognitionẽ relegauit: qa ipſe neque liberare cædibus duabus contaminatam neq; punire eam iuſto dolore ipulſam ſuſtinebat: cõſyderanter & manſuete populi Ro. magiſtratus: ſed ariopagitæ quoq; non minus ſapienter: qui inſpecta cauſa & accuſatorem & ream poſt centũ ãnos ad ſe reuerti iuſſerunt: eodẽ affectu moti quo Dolobella: ſed ille tráſferẽdo q̃ſtionẽ hi diſſerẽdo

2009 Ministerio de Cultura

damnandi atq; abſoluẽdi inexplicabile cunctationẽ mutabant.

De priuatis iudiciis. Capitulum Secundum.

p Vblicis iudiciis adiiciam: quorũ magis æquitas quæſtionum delectare quam ĩmoderata turba lectorẽ offendere poterit. Claudius cẽtummalus ab auguribus iuſſus altitudinẽ domus ſuæ quam ĩ Celio mõte habebat ſũmittere: quia his ex arte augurium capiẽtibus officiebat: uændidit eã Calphurnio lanario nec ĩdicauit: quod imperatum collegio augurũ erat: a quibus Calphurnius demoliri domũ coactus. M. Portium Catonem inclyti Catonis patrem arbitrũ cum claudio adduxit ut formulã daret: quicquid ſibi de ea re facere oporteret ex fide bona Cato ut eſt doctus de ĩduſtria Claudiũ edictũ ſacerdotũ ſuppreſſiſſe cõtinuo illum Calphurnio damnauit: ſumma quidem cum æqtate: quia bonæ fidei uænditorem nec commodorum ſpẽ augerẽ: nec ĩcommodorum cognitionem obſcurare oportet. Notũ ſuis tẽporibus iudicium commemoraui: ſed nec quod relaturus quidem ſum obliteratum eſt ſilentio. De Gallo Aquilio.

.c. Viſelius Varro graui morbo correptus trecenta millia nũmũ ab octacilia laterenſi cum qua commercium libidinis habuerat expenſa ferri ſibi paſſus eſt: eo conſilio ut ſi deceſſiſſet: ab hæredib; eam ſummam peteret: quam legati genus eſſe uoluit: libidinoſam liberalitatem debiti nomĩe coronando: euaſit deinde ex illa tẽpeſtate aduerſus uota Octaciliæ quæ offẽſa quod ſpem prædæ ſuæ morte nõ maturaſſet: ex amica obſequẽti ſubito diſtricta fœneratricẽ agere cœpit nummos petẽdo: quos ut fronte uerecunda ita inani ſtipulatiõe captauerat: de qua re. Caius Aquilius uir magnæ auctoritatis & ſciẽtia iuris ciuilis excellens iudex adductus & adhibitis in conſilium pricipibus ciuitatis prudentia & religione ſua mulierẽ reppulit. Quod ſi eadem formula & Varro damnari & aduerſaria abſolui potuiſſet: eius quoque non dubito quin turpem & inconceſſum errorem libenter caſtigaturus fuerit: nunc priuatæ actionis calumniam ipſe compeſcuit: adulterii crimen publicæ quæſtioni iudicandũ reliquit.

De Caio Mario.

m Vlto animoſius: & ut militari ſpiritu dignũ erat ſe in conſimili genere iudici. C. Marius geſſit: nam cũ Caius Ticinius minturnenſis Fanniam uxorem quã impudicã de iduſtria duxerat:

2009 Ministerio de Cultura

l

eo crimine repudiatam dote ſpoliare conaret̃: ſumptus inter eos iu/
dex in cõſpectu habita quæſtione ſubductum Ticiniũ monuit: ut
incœpto deſiſteret: ac mulieri dotem redderet. Quod cũ ſæpius fru
ſtra feciſſet coactus ab eo ſententiam ꝓnunciare mulierem impudi
ciciæ ſextertio nummo Ticinium ſũma totius dotis damnauit. præ/
fatus ideo ſe hũc iudicandi modũ ſecutũ quod liquere ſibi Ticiniũ
patrimonio Fanniæ inſidias ſtruentẽ ĩpudicæ cõiugiũ expetiſſe Fan/
nia aũt hæc ẽ: quæ poſt ea Mariũ hoſtẽ a ſenatu iudicatũ cœnoq; pa
ludis qua extractus erat oblitũ etiã in domũ ſuam cuſtodiẽdũ min
turnis deductũ ope quantacũq; potuit adiuuit: memor quod impu
dica eſſet iudicata ſuis moribꝫ: quod dotẽ ſeruaſſet illius religioni ac
ceptũ ferri debere.

De Quodam damnato furto.

m Vltus ſermo eo etiã iudicio manauit: in quo quidã furti dã
natus: qui equo cuius uſus illi uſq; Ariciam cõmodatus fue
rat: ulterioꝛ eius municipii cliuo uectus eſſet. Quid aliud hoc loci q̃
uerecundiam illius ſæculi laudemus: in quo tam minuti a pudore ex
ceſſus puniebant̃.

Quæ mulieres apud magiſtratus ꝓ ſe aut
aliis cauſas agerent. Cap. iii.

n E de his quidẽ fœminis tacendum eſt: quas cõdicio na/
turæ & uerecundiæ ſtola: ut in foro & iudiciis tacerent
cohibere nõ ualuit. Ameſia prætoris ſentẽtia rea cauſã
ſuam Lucio Titio prætore iudiciũ cogẽte populi maxĩo
cõcurſu egit motuſq; oẽs ad neruos deſẽſionis non ſolum diligenter
ſed etiã fortiter executa & prima actione & fere cũctis ſẽtentiis libe/
rata ẽſt. quã quia ſub ſpecie fœminæ uirilẽ animũ gerebat: Andro/
gynem appellabãt.

De Calphurnia Vxore Lucinii Bructionis.

c Aia affrania Lucinii Bructionis uxor ꝓmpta ad lites cõtrahẽ
das ꝓ ſe ſemp apud prætorẽ uerba fecit: nõ quod aduocatis
deficeret: ſed quod impudentia abundabat. Itaq; inuſitatis foro la/
tratibus aſſidue tribunalia exercendo ad muliebris calumniæ notiſſi
mum exemplũ euaſit: adeo ut ꝓ crimine improbis fœminaꝵ moribꝫ
C. Affraniæ nom̃ obiiciat̃: ꝓrogauit autẽ ſpiritum ſuũ ad. C. Cæſarẽ
Tertium iterum Seruilium conſulem. tale. n. monſtrum magis quo
tempore extinctum q̃ quo ſit ortum memoriæ tradendum eſt.

2009 Ministerio de Cultura

De Hortenſia filia quinti Hortenſii.

h Ortenſia uero.Q.Hortenſii filia cū ordo matronarū graui
tributo a triūuiris eſſet oneratus:nec quiſquā uirorum patro
ciniū eis accōmodare auderet:cauſam fœminaꝝ apud triūuiros & cō
ſtanter & feliciter egit repræſentata enim patris facundia impetrauit
ut maior pars īpatæ pecuniæ his remitteret͛.Reuixit cū muliebri ſtir
pe.Q.Hortēſius uerbiſq; filiæ aſpirauit:cuius ſi uirilis ſexus poſte
ri uim ſeq uoluiſſēt:Hortēſianæ eloquētiæ tāta hæreditas una fœmi/
næ actione abſciſſa nō eſſet. De Quæſtionibus.Cap.iiii.

a Tque ut omnes iudicioꝝ numeros exequamur: quæ/
ſtiones qbus aut creditū nō ē:aut temere habita fides
ē:referamus.M.Agrii Argentarii ſeruus Alexandrū Ti
ti Fanni ſeruū occidiſſe īſimulatus eſt eoq; nomine tor
tus a domino admiſiſſe id facinus conſtantiſſime aſſeuerauit: Itaq;
Fannio deditus ſupplicio affectus eſt:paruuolo deinde tempore īter
iecto ille cuius de nece creditum erat:domum rediit.

De Alexandro Seruo Fanni.

c Ontra Fanni Seruus Alexāder cū ī hāc ſuſpicionē.C.Fl.eqtis
Romani occiſi ueniſſet:ſepties tortus pnegauit ei ſe culpæ affi
nē fuiſſe ſed pinde atq; cōfeſſus & a iudicibus dānatus & a.L.Cal/
phurnio triūuiro ī crucē actus ē. De Fuluio Flacco.

i Tem Fuluio Flacco cauſā dicēte Philippus ſeruus eius ī quo
tota quæſtio nitebat͛ octies tortus nullū omnino uerbū quo
dominus perſtringeret͛:emiſit:& tam̄ reus damnatus eſt:cū certius
argumentū inocentiæ unus octies tortus exibere:q̄ octo ſemel torti
præbuiſſent.

De Teſtibus:De Cneo & Quinto Seruilio.Cap. Quintum.

ſ Equitur ut ad teſtes ptinentia exempla commemorem
C.&.Q.Seruilio cepionibus iiſdē parentibus natis:
& p omnes honorū grados ad ſummam amplitudinē
prouectis idē fratribus metellis Quinto & Lucio conſu
laribus & cenſoriis altero etiā triumphali ī.Q.Pompeium Aufidiū
Repetundaꝝ reum acerrime dicētibus teſtimonium nō abrogata fi
des abſoluto Pompeio ſed ne potentia inimicum oppreſſiſſe uideren
tur:occurſum eſt.

De Marco Aemilio Scauro.

2009 Ministerio de Cultura

.m. Etiam Aemilius Scaurus princeps ſenatus. C. Memiũ re/petundaꝝ reum diſtricto teſtimonio iſecutus eſt. Ité. C. Flauium eadem lege accuſatum teſtis ꝑſcidit.

n Am. C. Norbanũ maieſtatis crimine publicæ ſubiectũ quæſtioni exprofeſſo opprimere conatus eſt: nec tam aut auctoritate qua plurimũ pollebat: aut religione de qua nemo dubitabat: queq̃ illoꝝ affligere potuit. De Lucio Craſſo.

.l. Quoq; Craſſus tãtus apud iudices quãtus apđ. P. C. Aemilius Scaurus nãq; eoꝝ ſuffragia robuſtiſſimis & feliciſſimis eloquentiæ ſtipendiis regebat: eratq; ſic fori ut ille curiæ princeps: cũ uehemẽtiſſimum teſtimonii fulmẽ in. M. Marcellum reum iniecíſſet impetu grauis exitu uanus apparuit.

De. Q. Metello Pio: L. Marco: Lucio Hortẽſio: &. Q. M. Lepido.

a Ge. Q. Metellus pius. L. Marcus Luculli. Q. Hortenſius. M. Lepidus. Cn. Cornelii maieſtatis rei quã nõ onerarũt tantummodo teſtes ſalutem: ſed etiam negantes illo icolumi ſtare rép. poſſe depopoſcerunt quæ decora ciuitatis: pudet referre: umbone iudiciali repulſi ſunt. De. M. Cicerone.

q Vid. M. Cicero forenſi militia ſũmos honores ampliſſimũq; dignitatis locũ adeptus non ne in ipſius eloquentiæ ſuæ caſtris teſtis abiectus eſt: dum. P. Claudiũ Romæ apud ſe fuiſſe iurauit: illo ſacrilegiũ & flagitiũ uno argumẽto abſentiæ tuentæ. ſiquidẽ iudices Claudium inceſti crimiẽ q̃ Ciceronẽ infamia ꝑiurii liberare maluerunt. De. P. Seruilio conſulari.

t Ot eleuatis teſtibus unum cuius noua ratione iudiciũ igreſſa auctoritas cõfirmata eſt referam. P. Seruilius cõſularis cẽſorius triumphalis qui maiorum ſuoꝝ titulis Iſaurici cognomine adiecit: cum forum præteriens teſtes in reum dari uidiſſet: loco teſtis cõſtitit: ac ꝑ ſummã inter patronoꝝ pariter ac accuſatoꝝ admirationẽ ſic orſus. hunc ego iudices qui cauſam dicit: cuius ſit aut quã uiã egerit: quãq; merito uel iniuria accuſet: ignoro. illud tantũ ſcio: cum occurriſſet mihi laurentina uia iter facienti admodum anguſto loco equo deſcẽdere noluiſſe. Quod an aliquid ad religionẽ noſtram ꝑtineat: ipſi exiſtimab tis: ego id ſupprimendum nõ putaui. Iudices reum uix auditis cæteris teſtibus damnauerũt. Valuit. n. apud eos tum amplitudo uiri tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio.

2009 Ministerio de Cultura

eumq; qui uenerari principes neſciret: in quoſlibet facinus procur/ ſurum crediderunt.

Qui Quæ ĩ Aliis uindicarent ipſi cõmiſerũt. Cap. Sextum.

n E illos quidem latere patiamur qui quæ in aliis uindi/ carant ipſi commiſerunt. C. Licinius cognomine Ho/ plomachus a prætore poſtulauit: ut patri ſuo bonis tã quam ea diſſipanti ĩterdiceretur. & quidẽ quod petie/ rat: impetrauit. Sed ipſe paruo poſtea tẽpore mortuo ſene ãpla ab eo relicta latifũdia feſtinanter cõſumpſit. dignus ac uiciſſitudine pœ næ fuit: quoniã hæreditatẽ abſumere q̃ hæredem maluit tollere.

De Caio Mario.

.c. Autẽ Marius cum magnum & ſalutarẽ reip. ciuem ĩ L. Sa turnino opprimendo egiſſet: a quo immodũ uexilli pileum ſeruituti ad arma capienda oſtentatũ erat. L. Scylla cũ exercitu ĩ ur/ bem pileo ſublato cõfugit. Itaq; dum facinus quod punierat: imitat̃: irrumpente ad auxilium ſeruorũ alterũ Marium a quo affligeretur: inuenit.

De Marco Licinio Stolone.

.c.m. Vero Licinius Stolo cuius beneficio plebi petendi conſulatũ poteſtas facta eſt: cũ lege ſanxiſſet: ne quis amplius quã qn/ genta agri iugera poſſideret: ipſe mille comparauit ſimulandique cri minis gratia dimidiam partẽ filio emancipauit. quam ob cauſam a M. Popilio lenate accuſatus primus ſua lege cecidit: ac docuit nihil aliud præcipi debere: niſi quod prius quiſq; ſibi imperauit.

De Quinto Varro Tribuno.

.q. Autem Varus propter obſcurũ ius ciuitatis Hybrida cogno/ minatus tr. pl. legem aduerſus ĩterceſſionem collegarũ proro/ gauit qua iubebat quæri quorum dolo malo ſocii ad arma ire coacti eſſent magna cum clade reip. ſociale enim prius deinde ciuile bellũ excitauit: Sed dum ante peſtiferum tr. pl. q̃ certum ciuem agit: ſua lex eum domeſticis laqueis conſtrictum abſumpſit.

De Studio & induſtria. Capitulum Septimum.

q Vid ceſſo uires induſtriæ commemorare: cuius alacri ſpiritu militiæ ſtipendia roborantur: forenſis gloria ac cenditur fido ſinu cũcta ſtudia recepta nutriũt̃: qcqd aĩo: quicqd manu: quicquid lingua admirabile ẽ: ad cumulũ laudis perducit̃: quæ cũ perfectiſſima ſit uirtus: duramento

q

·2009 Ministerio de Cultura

ſui confirmatur. De Catone.

c Ato ſextum & octogeſſimum annũ agens dũ in rep. tuenda iuuenili animo pſtat ab inimicis capitali crimīe accuſatus cauſam ſuam egit: neq; aut memoriam eius quiſquã tardiorẽ: aut firmitatem lateris ulla ex parte quaſſatam aut os hæſitatione impeditum animaduertit: quia oĩa iſta in ſtatu ſuo æquali ac ꝑpetua induſtria cõtinebat: quin etiã in ipſo diutiſſime actæ uitæ fine diſertiſſimi oratoris Galbæ accuſationi defenſionẽ ſuam ꝓ Hiſpania oppoſuit.

De eodem Catone.

i Dem græcis litteris erudiri concupiuit. quã ſero inde exiſtimmus: quod etiã latinas pœne iã ſenex didicit. cũq; eloquentia magnã gloriã partã hẽret: id egit: ut iuris ciuilis quoq; eẽt pitiſſimus.

c Vius mirifica ꝓles Cato ꝓpior noſtræ ætati ita doctrinæ cupiditate flagrauit: ut ne incuria q̃dem dum ſenatus cogit̃ tẽperaret ſibi: quo minus græcos libros lectitaret: qua quidem īduſtria oſtendit aliis tempora deeſſe: alios temporibus ſupereſſe.

De Terentio Varrone.

t Erentius autẽ Varro humanæ uitæ exemplo & ſpatio nominandus nõ annis quibus ſæculi tempus æquauit: quam ſtilo uiuacior fuit: in eodẽ. n. lectulo & ſpiritus eius & egregioꝝ operum curſus extinctus eſt. De Liuio Druſo.

n On ſimilis pſeuerantiæ Liuius Druſus qui & ætatis uiribus & acie oculoꝝ defectus ius ciuile populo benigniſſime interpretatus eſt: utiliſſimaq; diſcere id cupientibus monumẽta cõpoſuit: nam ut ſenem illum natura & cæcum fortuna facere potuit: ita neutra interpellare ualuit: ne nõ animo & uideret: & uigeret.

De. P. Senatore: & Lupo Pontio equite Romano.

p Vblius uero Senator & Lupus Põtius eques Romanus ſuis tẽporibus celebres cauſarũ actores luminibus capti eadem induſtria forenſia ſtipẽdia executi ſũt. Itaq; freq̃ẽtius etiam audiebant̃ concurrentibus aliis: quia ingenio eoꝝ delectabant̃: aliis quia conſtantiam admirabant̃: nãq; alii incõmodo pculſi ſeceſſum petũt duplicant tenebras: fortuitis uolũtaria adiicientes.

De Publio Craſſo.

i am. P. Craſſus cum in Aſiam ad Ariſtonicum regẽ debellandum cõſul ueniſſet: tanta cura græcæ linguæ noticiã animo

2009 Ministerio de Cultura

cõprehendit:ut eã in quinq; diuiſam genera per omnes partes ac nu
meros penitus cognoſceret. Quæ res maximũ ei ſociorũ amorẽ con/
ciliauit. qua quis eorũ lingua apud tribunal eius poſtulauerat eadẽ
decreta reddenti. De Roſcio.

n E Roſcius quidẽ ſubtrahatur ſcænicæ induſtriæ notiſſimum
exemplum: qui nullum unquã ſpectante populo geſtũ: niſi
quem domi meditatus fuerat: ponere auſus eſt. Quapropter non lu
dicra ars Roſcium: ſed Roſcius ludicram artem commendauit: nec
uulgi tantum fauorem: uerũ etiam principũ familiaritates amplexus
eſt. hæc ſunt attenti & anxii & nũquam ceſſantis ſtudii præmia: pro
pter quæ tantorum uirorum laudibus nõ impudenter ſe pſona Hi/
ſtrionis inſeruit. De Demoſthene Philoſopho. Externa.

g Ræca quoque ĩduſtria quoniam noſtræ multũ profuit: quẽ
meretur fructum latina lingua: recipiat. Demoſthenes cuius
cõmemorato nomine maximæ eloquẽtiæ conſumatio audientis ani
mo oboritur: cũ inter initia iuuentæ artis quã affectabat: primam lit
teram dicere non poſſet: oris ſui uitiũ tanto ſtudio expugnauit: ut ea
a nullo expreſſius referretur.

d Einde propter nimiã exilitatẽ acerbã auditu uocẽ ſuã exerci
tatione cõtinua ad matuꝝ & gratũ auribus ſonũ perduxit.

l Ateris etiã firmitate defectius quas corporis habitus uires ne
gauerat a labore mutatus eſt.

m Vltos enim uerſus uno impetu ſpiritus complectebat̃: eoſq;
aduerſa loca celeri gradu ſcandens pronunciabat.

a C uadoſis littoribus iſiſtens declamationes fluctuũ fragori/
bus obluctantibus edebat: ut ad fremitus concitarum concio
num patientia duratis auribus in actionibus uteretur.

f Ertur quoque ore inſertis calculis multum ac diu loqui ſoli/
tus: quo uacuum promptius eſſet & ſolutius.

p Ræliatus eſt cum rerũ natura: & qdẽ uictor abiit malignita/
tẽ eius ptinaciſſimo animi robore ſupãdo. Itaq; alteꝝ Demo
ſthenẽ mater: alteꝝ ĩduſtria enixa ẽ. De Pythagora philoſopho.

a Tque ut ad uetuſtiorem induſtriæ actũ tranſgrediar: Pytha
goras perfectiſſimũ opus ſapientiæ a iuuenta peritus & omĩs
honeſtatis pcipiẽdæ cupiditatẽ ingreſſus: nihil enim quod ad ultimũ
ſui peruẽturũ eſt finẽ: nõ & mature & celeriter icipit: Aegyptũ petiit



2009 Ministerio de Cultura

ubi litteris gentis eius aſſuefactus præteriti æui ſacerdotum cōmentarios ſcrutatus īnumerabiliū ſæculorꝫ obſeruationes cognouit.

i Nde ad perſas ꝓfectus magorꝫ exactiſſimæ prudētiæ ſe formandum tradidit: a q̄bus ſyderum motus curſuſq; ſtellarū & uniuſcuiuſq; rei ꝓprietatem & effectum benigniſſime demōſtratum docili animo ſumpſit.

c Retam deinde & Lacedæmoniam nauigauit: quarū legibus ac moribus inſpectis ad olympicum certamē deſcēdit. Cūq; multiplicis ſcientiæ maximam toti græciæ admirationē ac ſpecimen exhibuiſſet: quo cognomine cenſeret̃ interrogatus nō ſe ſapientem. Iam.n. illud ſeptem ſapientes uiri occupauerant: ſed amatorem ſapientiæ. i. græcæ philoſophon edidit.

i N Italiæ etiam parte quæ tunc maior Græcia appellabat̃ prexit: in qua plurimis & opulentiſſimis urbibus effectus ſuorū ſtudiorꝫ approbauit: cuius ardentem rogum plenū uenerationis oculis Metapontus aſpexit: oppidum Pythagore q̄ ſuorꝫ cinerum nobilius clariuſq; monumentum.

De Platone philoſopho.

p Lato autem patriam Athenas: præceptorem Socratem ſortitus & locum & hominem doctrinæ fertiliſſimū ingenii quoque diuina iſtructus abūdantia. cū omniū iam mortaliū ſapientiſſimus haberet̃: eo quidē uſq; ut ſi ipſe Iupiter cælo deſcēdiſſet: nec elegantiore nec beatiore facūdia uſurus uideret̃: Aegyptum pagrauit: dum a ſacerdotibus eius gentis geometriæ multiplices numeros cæleſtium obſeruationem rationē percepit: quoq; tēpore a ſtudioſis iuuenibus certatim Athenæ Platonem doctorē quærentibus petebant̃: ipſe Nili fluminis inexplicabiles ripas uaſtiſſimoſq; cāpos effuſam barbariem & flexuoſos foſſarum ambitus ægyptiorꝫ ſenum diſcipulus luſtrabat. Quominus miror in Italiam tr̄aſgreſſum ut ab Archyta Tarenti a Tymæo & Arione: & Chete locris Pythagoræ præcepta & inſtituta acciperet: Tanta.n. uis tanta copia litterarum undiq; colligenda erat: ut inuicem p totum orbē diſpergi & dilatari poſſet. altero etiā & octogeſimo anno decedēs ſub capite Sophronis numeros habuiſſe fert̃: ſic ne extrema quidē eius hora agitatione ſtudii uacua fuit.

De Democrito philoſopho.

a T Democritus cum diuitiis cenſeri poſſet: quæ tātæ fuerūt: ut pater eius Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit:

2009 Ministerio de Cultura

quo magis uacuo animo ſtudiis litterarũ eſſet operatus parua admo dũ ſumma retenta patrimoniũ ſuũ patriæ donauit: Athenis autẽ cõ pluribus annis moratus omnia tempoꝝ momẽta ad præcipiendã & exercendam doctrinam cõferẽs ignotus illi urbi uixit: quod ipſe quo dam uolumine teſtatur. Stupet mens admiratione tantæ induſtriæ: & iam tranſit alio.

De Carneade Philoſopho.

c Arneades laborioſus & diuturnus miles ſapientiæ ſiquidẽ no naginta expletis annis idem illi uiuendi ac philoſophãdi finis fuit. ita ſe mirificæ doctrinæ operibus addixerat: ut cũ cibi capiendi cauſa recubuiſſet: cogitationibus inhærens manum ad mẽſam por/ rigere obliuiſceretur. Sed eum Meliſſa quam uxoris loco habebat: tẽ perato inter ſtudia animo nõ interpellandi ſed in ediæ ſuccurrẽdi of/ ficio dexteram ſuam neceſſariis uſibus aptabat. Ergo animo tantum modo uita fruebatur: corpore uero quaſi alieno & ſuperuacuo circũ datus erat.

i Dem cũ Cryſippo diſputaturus eleboro ſe ante purgabat: ad exprimẽdum ingeniũ ſuum attentius: & illius refellendũ acri us: quas potiones induſtria ſolidæ laudis cupidis appetẽdas affecit.

De Anaxagora philoſopho.

q Vali porro ſtudio Anaxagoram flagraſſe credimus: qui cum poſt diutinam pegrinationem patriã repetiſſet: poſſeſſioneſ q; deſertas uidiſſet: nõ eſſem ĩquit ego ſaluus: niſi iſtæ piiſſent. Vo/ cẽ petitæ ſapientiæ cõpotem: nã ſi prædiorũ potius q̃ ingenii culturæ uacaſſet: dominus rei familiaris ĩtra penates mãſiſſet: nõ tãtus Ana/ xagoras ad eos rediſſet.

De Archimenide Philoſopho.

a Rchimenidis quoq; fructuoſam induſtriã fuiſſe dicerẽ: niſi eadem illi & dediſſet uitã & abſtuliſſet: captis enim ſyracu/ ſis Marcellus machinationibus eius multũ ac diu uictoriã ſuam ihi/ bitam ſenſerat: eximia tamen hominis prudentia delectatus ut capi ti illius parceretur: edixit: pœnæ tantũ gloriæ in Archimenide ſerua/ to quantum in oppreſſis ſyracuſis hoſtis reponẽs. At is dum animo & oculis in terrã defixis formas deſcribit: militi qui prædandi gratia domũ irruperat: ſtrictoq; ſuper caput gladio q̇ſnam eſſet interroga bat: propter nimiã cupiditatem inueſtigandi quod requirebat: nomẽ ſuum indicare non potuit. Sed protracto manibus puluere noli ĩqt obſecro iſtum circulũ diſturbare: ac perinde quaſi negligens imperii



2009 Ministerio de Cultura

uictores obtrũcatus ſãguine ſuo artis ſuæ liniamẽta cõfudit. Quo accidit ut ꝓpter idem ſtudium modo donaret̃ uita: modo ſpoliaret̃.

De Socrate Philoſopho.

ſ Ocratem etiã cõſtat ætate ꝓuectũ fidibus tractandis operã dare cœpiſſe: ſatius iudicantem eius artis uſum ſero q̃ nunq̃ ꝑcipere: & quãtula Socrates acceſſio illa futura ſciẽtiæ erat. Sed pertinax hominis induſtria tantis doctrinæ ſuæ diuitiis etiã muſicæ rationis uiliſſimũ elementum accedere uoluit. Ergo dum ad diſcẽdum ſemp ſe pauperem credidit: ad docendum fecit ſe locupletiſſimum.

a Tq; ut longæ & felicis iduſtriæ q̃ſi i unũ aceruũ exẽpla redigimus: Iſocrates nobiliſſimũ librũ q inſcribit̃. παναθηναϊκόσ. quartum & octogeſimũ annum agẽs ita ut ipſe ſignificat: cõpoſuit opus ardentis ſpiritus plenum. ex quo apparet ſeneſcẽtibus mẽbris eruditoꝝ intus animos iduſtriæ beneficio florem iuuẽtæ retinere: neque hoc ſtilo terminos uitæ ſuæ clauſit: nãq; admirationis eius fructum quinquennio percepit.

De Chryſippo.

c Iterioris ætatis metas ſed nõ tamen parui ſpatii Chryſippi uiuacitas flexit: nam octogeſſimo anno cœptũ ante quadrageſimum logicon exactiſſimæ ſubtilitatis uolumẽ reliquit: cuius ſtudiũ in tractandis ingenii ſui monimẽtis tantum operis laboriſq; ſuſtinuit: ut ad ea quæ ſcripſit penitus cognoſcẽda: longa uita ſit opus.

De Cleãthe philoſopho.

t E quoq; Cleanthe tam laborioſe haurientem: & tam ꝑtinaciter tradentem ſapientiam numen ipſius induſtriæ ſuſpexit: cũ adoleſcentẽ quæſtu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiã tuam ſuſtentantem: diurno Chryſippi præceptis percipiẽdis uacãtẽ eundemq; abunde ad centeſimum annũ attenta cura erudientẽ auditores tuos uideret: duplici. n. labore unius ſæculi ſpatium occupaſti: incertum reddendo diſcipulus ne: an præceptor eſſes laudabilior.

De Sophocle.

ſ Ophocles quoq; cum rerum natura glorioſũ certamẽ habuit tam benigne ille mirifica opera ſua exhibendo: quam illa opibus eius tempora liberaliter ſumminiſtrando: prope. n. centeſimum annum attigit ſub ipſum tranſitum ad mortẽ œdipode coloneo ſcripto: qua ſola fabula omnium eiuſdem ſtudii poetarum preripere

2009 Ministerio de Cultura

gloriam potuit: idq; ignotum eſſe poſteris filius Sophoclis noluit Sophon ſepulchro patris quæ rettuli in ſculpendo.

De Simonide Poeta.

ſ Imonides uero poeta octogeſimo anno & docuiſſe ſe carmĩa: & in eorum certamen deſcendiſſe ipſe gloriatur: nec fuit iniquũ illũ uoluptatẽ ex ingenio ſuo diu percipere: cũ eã omni æuo fruendã traditurus eſſet.

De Solone.

n Am Solon quãta induſtria flagrauerit: & uerſibus cõplexus ẽ quibus ſignificat: ſe quotidie aliquid addiſcẽtem ſeneſcere: & ſupremo uitæ die confirmauit: quod aſſidẽtibus amicis & quadam de re ſermonẽ inter ſe conferentibus ſatis iam preſſũ caput erexit. Interrogatuſq; quapropter id feciſſet: reſpõdit: ut cũ iſtud qcqd eſt: de quo diſputatis percepero: moriar. Migraſſet profecto ex hominibus inertia ſi eo animo uitam ingrederentur: quo eam Solon egreſſus eſt.

De Themiſtocle.

q Vam porro induſtrius Themiſtocles: qui maximarũ rerũ cura diſtrictus omniũ tamẽ ciuium ſuorũ nomina memoria cõprehendit: per ſummam nãq; iniquitatem patria pulſus & ad Xerxẽ quem pauloante deuicerat cõfugere coactus priuſquam in cõſpectu eius ueniret: perſico ſermoni ſe aſſuefecit: ut laborem parta cõmendatione regiis auribus familiarem & aſſuetum ſonũ uoci adhiberet. Cuius utriuſq; induſtriæ laudem duo reges partiti ſunt.

c Yrus omniũ militum ſuorum nomina Mithridates duarũ & uiginti gentium quæ ſub regno eius erant linguas ediſcẽdo: ille ut ſine monitore exercitum ſalutaret: hic ut eos quibus ĩperabat ſine interprete alloqui poſſet.:

De Otio. Capitulum Octauum.

o Tium quod ĩduſtriæ & ſtudio maxime cõtrariũ uidetᷣ præcipue ſubnecti debet: nõ quo euaneſcit uirtus: ſed quo recreatᷣ: alterũ enim etiã inertibus uitandũ: alterũ ſtenuis quoq; interdũ appetendum eſt. Illis ne proprie uitã inertẽ exigat: his ut tempeſtiua laboris ĩtermiſſione ad laborandũ fiant uegetiores.

De Scipione & Lællio.

p Ar ueræ amiciciæ Clariſſimũ Scipio & Lællius tum amoris uinculo tum etiã omnium uirtutũ inter ſe iunctũ ſocietate ut actuoſæ uitæ iter equali gradu exequebantur: ita animi quoque

2009 Ministerio de Cultura

remiſſioni communiter acquieſcebant: cõſtat nãq; eos Caietæ & lau renti uagos littoribus cõculas & calculos lectitaſſe: idq; ſe. P. Craſſus ex ſocero ſuo. Q. Scæuola qui gener Lællii fuit audiſſe ſæpenume ro prædicauit.

De Scæuola.

ſ Cæuola autem quiete remiſſionis eorꝝ certiſſimus teſtis opti me pila luſiſſe tradit̃: quia uidelicet ad hoc diuerticulum ani mũ ſuũ forenſibus miniſteriis fatigatũ trãſferre ſolebat: alueo quo que & calculis uacaſſe interdum dicit̃. cũ bene ac diu iura ciuium & cerimonias deorꝝ ordinaſſet: ut. n. in rebus ſerii Scæuolam: ita & in ſcurrilibus luſibus hominem agebat: quoniam rerum natura conti nui laboris patientem eſſe nõ ſinit.

De Socrate philoſopho. Externa.

i Dq; uidit: cui nulla pars ſapientiæ obſcura fuit Socrates: ideo que nõ erubuit tũc cũ interpoſita arundine cruribus ſuis cũ paruulis filiolis ludẽs ab Alcibiale riſus eſt.

De Homero poeta.

h Omerus quoq; ingenii cæleſtis uates nõ aliud ſenſit: uehemẽ tiſſimis Achillis manibus canoras fides aptando ut eaꝝ mili tare robur leni pacis ſtudio relaxaret.

Quanta uis Eloquẽtiæ eſt. Cap. ix.

p Otentiam uero eloquẽtiæ & ſi plurimũ ualere animad uertimus: tamẽ ſub ꝓpriis exemplis quo ſcilicet uires eius teſtatiores fiant: recognoſci cõuenit.

De Valerio.

r Egibus exactis plebs diſcedens a patribus iuxta ripam flumi nis Anienis in colle qui ſacer appellat̃: armata cõſedit: eratq; nõ ſolum deformis: ſed etiã miſerrimus reip. ſtatus a capite eius cæ tera parte corporis peſtifera ſedicione diuiſa ac ni Valerii ſubueniſſet eloquentia: ſpes tãti imperii i ipſo pœne ortu ſuo corruiſſet: Is nãq; populũ noua & ĩſolita libertate temere gaudentẽ oratiõe ad meliora & ſaniora cõſilia reuocatũ ſenatui ſubiecit: ideſt urbẽ urbi iũxit. Ver bis ergo facũdis ira cõſternatio arma ceſſerũt.

De. M. Antonio.

q Væ etiam marianos cinnanoſq; mucrones ciuilis ꝓfundendi ſanguinis cupiditate furẽtes inhibuerũt: miſſi enim a ſæuiſſi mis ducibus milites ad. M. Antonium obtrũcandum ſermone eius obſtupefacti diſtrictos iã & uibratos gladios cruore uacuos uaginis reddiderunt: quibus digreſſis. P. Antonius is enim ſolus in ambitu

2009 Ministerio de Cultura

expers antonianæ facundiæ ſteterat: crudele imperium truculēto mi niſterio pegit: quā diſertum igitur eū fuiſſe putemus: quē ne hoſtiū quidem quiſquam occidere ſuſtinuit: qui modo uocem eius ad aures ſuas uoluit admittere.

De Iulio Cæſare.

d Iuus quoq; Iulius q̄ cæleſtis numinis: tā etiā humani īgenii pfectiſſimū colume uim facundiæ propriæ expreſſit: dicēdo ī accuſatione. Cn. Dolobellæ quē reū egit extorqueri ſibi cauſam op timā. L. Coctæ patrocinio: ſiquidē maxima tūc eloquētia queſta eſt: cuius facta mētione quoniā domeſticū nullū maius adiecerim exēplū: pegrinandum eſt.

De Piſiſtrato. Externa.

p Iſiſtratus dicēdo tantū ualuiſſe traditus ē: ut ei atheniēſes re giū imperiū oratione capti pmitterēt: cū præſertī ex cōtraria parte amātiſſimus patriæ Solon niteretr: ſed alterius ſalubriores erāt cōciones: alterius diſertiores: quo euenit: ut alioqn prudētiſſima ciui tas libertati ſeruitutē præferret.

De Pericle.

p Ericles autem feliciſſimis naturæ incrementis ſub Anaxagora præceptore ſummo ſtudio ppolitus: īſtructis liberis: athe narum ceruicibus iugum ſeruitutis impoſuit: egit enim ille urbē: & uerſauit arbitrio ſuo. Cumq; aduerſus uoluntatē populi loqueretur: iucunda nihilominus & popularis eius uox erat. Itaq; ueteris comœdiæ maledica lingua quāuis potentiam uiri perſtringere cupiebat: ta men in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare: inque animis eorum qui illum audierāt: quaſi aculeos quoſdā relinqui prædicabat.

De Quodam ſene.

f Ertur quidā cū admodū ſenex primæ concioni Periclis adole ſcētulus intereſſet: idēq; iuuenis Piſiſtratū decrepitū iā cōcionātē audiſſet: nō tēperaſſe ſibi quo minus exclamaret caueri illū ciuē oportere: quod Piſiſtrati oratiōi ſimillima eius foret oratio: nec homi nē aut æſtimatio eloquii aut morū auguriū fefellit. Quid enim inter Piſiſtratū & Periclem īterfuit: niſi quod ille armatus: hic ſine armis tyrannidem geſſit.

De Hegeſia Philoſopho.

q Vantū eloquētia ualuiſſe Hegeſiam Cyrenaicū philoſophū arbitramur: qui ſic mala uitæ repreſentabat: ut eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta multis uoluntariam mortis appetendæ cupiditatem ingeneraret: Ideoq; a rege Ptolemæo ulterius hac de re diſſerere prohibitus eſt.

2009 Ministerio de Cultura

Quantũ momentũ ſit ĩ ꝓnũciatiõe & apto motu corporis. Cap.x.

e Loquentiæ autẽ ornamenta in pronunciatione apta & conuenienti motu corporis conſiſtũt:quibus cum ſe inſtruxerit tribus modis homĩes aggreditur animos eorũ ipſa inuadendo horum alteri aures:alteri oculos ꝑmulcendos tradendo.

De.C.Graccho.

ſ Ed ut ꝓpoſiti fide in ꝑſonis illuſtribꝫ exhibeat̃.C. Gracchus eloquẽtiæ q̃ ꝓpoſiti felicioris adoleſcẽs quoniã flagrantiſſimo ingenio cum optime remp.tueri poſſet:ꝑturbari impie maluit:quotiẽs apud populum cõcionatus eſt ſeruũ poſt ſe muſicæ artis peritũ habuit:qui occulte eburnea fiſtula ꝓnũciationis eius modos formabat:aut nimis remiſſos excitando:aut plus iuſto cõcitatos reuocãdo quia ipſum calor atq; impetus actionis attentum huiuſcæ temperamẽti æſtimatorem eſſe nõ patiebat̃.

De.Q.Hortẽſio.

.q. Autem Hortenſius plurimũ in corporis decoro motu repoſitũ credens pœne plus ſtudii in eodẽ laborando q̃ ĩ ipſa eloquẽtia affectanda impendit. Itaq; neſcires utrum cupidium ad audiẽdũ eũ an ad expectandum concurreret̃: ſic uerbis oratoris aſpectus & rurſus aſpectui uerba ſeruiebãt. cõſtat Aeſopũ Roſciũq; ludicræ artis pitiſſimos illo cauſas agente in corona frequẽter aſtitiſſe: ut foro petitos geſtus in ſcænam referrẽt.

De.M.Cicerone.

n Am.M.Cicero quantum in utraq; re de qua loquimur momẽti ſit:oratione quã pro Gallo habuit:ſignificauit.M.Callidio accuſatori exprobrando quod præparatum ſibi a reo uenenum teſtibus chyrographis quæſtionibus ꝓbaturum affirmans : remiſſo uultu & languida uoce & ſoluto genere orationis uſus eſſet:pariterque & oratoris uitium detexit:& cauſæ periclitantis argumenta adiecit totũ hunc locũ ita claudendo tu iſtud.M. Callidi niſi fingeres: ſic ageres.

De Demoſthene. Externa.

c Onſentaneum huic demoſthenis iudiciũ:qui cũ ĩterrogaretur:quidnã eſſet ĩ dicẽdo efficaciſſimũ reſpõdit Hypocriſis. Iterum deinde & tertio interpellatus idem dixit:pœne totum ſe illi debere confitendo.

De Aeſchine.

r Ecte itaq; Aeſchines cum ꝓpter iudicialem ignominiam relictis Athenis Rhodum petiſſet: atq; ibi rogatu ciuitatis ſuam prius in Teſiphontem : deinde Demoſthenis pro eodem orationem

2009 Ministerio de Cultura

clariſſima & ſuauiſſima uoce recitaſſet:admirātibus cunctis utriuſq; culuminis eloquētiam:ſed aliquāto magis Demoſthenis:quid ſi iqt ipſum audiſſetis?tantus orator & modo tam ifeſtus aduerſarius: ſic inimici uim ardoremq; dicendi ſuſpexit:ut ſe ſcriptorum eius parū idoneū lectorem eſſe prædicaret:expertus acerrimum uigoré oculorum:terribile uultus pondus:accomodatum ſingulis uerbis ſonū uocis:efficaciſſimos corporis motus:ergo & ſi operi illius adiici nihil poteſt:tamen i Demoſthene magna pars Demoſthenis abeſt quod legitur:potius quam auditur.

Quā magni effectus artium ſint. Cap. Vndecimum.

e Ffectus etiam artium recogniti poſſunt aliquid afferre uoluptatis:protinuſque & quā utiliter excogitatæ ſūt: patebunt:& memoratu digne res lucido in loco reponentur:& labor in his edendis ſuo fructu non carebit.

De Sulpitio Gallo.

ſ Vlpicii Galli maximum in omni genere litterarum recipiēdo ſtudium plurimum reip.profuit.Nam cum.L.Pauli bellum aduerſū regem Perſen gerentis legatus eſſet:ac ſerena nocte ſubito luna defeciſſet:eoque ueluti diro quodam mōſtro perterritus exercitus noſter manus cum hoſte cōſerendi fidutiam amiſiſſet:de cæli ratione & ſyderum natura peritiſſime diſputando:alacrem eū i aciem miſit.Itaque illi inclyte paulianæ uictoriæ liberales artes galli aditū dederunt:quia niſi ille metum noſtrorum militū uiciſſet:imperator romanus uincere hoſtes non potuiſſet.

ſ Purinæ quoque i conſectādis deorū monitis efficatior ſciētia apparuit:q̄ urbs Romana uoluit:prædixerat.C.Cæſari ut ꝓximos.xxx.dies quaſi fatales caueret:quorū ultimus erat idus martiæ:Et cum forte mane uterq; in domum Caluini Comitii ad officiū conueniſſet:Cæſar ſpurinæ & quid ſcis idus martias iam ueniſſe?& is:& quid ſcis illas nondum præteriiſſe:abiecerat alteri timorem tan q̄ exacto tempore ſuſpecto:alter ne extremam quidem eius partem periculo uacuam eſſe arbitratus eſt:utinam aruſpicem potius augurium q̄ patriæ parentem ſecuritas fefelliſſet.

De Penele Philoſopho. Externa.

ſ Ed ut alienigena ſcrutemur:quum obſcurato repente ſole inuſitatis ꝑfuſæ tenebris Athenæ ſollicitudine agerent: interitū

2009 Ministerio de Cultura

ſibi cæleſti denũciatione portẽdi credentes Pericles proceſſit ĩ mediũ & quæ a præceptore ſuo Anaxagora pertinẽtia ad Solis & Lunæ curſum acceperat: diſſeruit: nec ulterius trepidare ciues ſuos uacuo metu paſſus eſt.

De Alexandro rege.

q Vantum porro dignitatis a rege Alexãdro tributũ arti exiſtimamus: qui ſe & pingi ab uno Apelle & fingi a Lyſippo tantummodo uoluit.

De Vulcano.

t Enet uiſentes Athenas Vulcanus Alcimenis manibus fabricatus: præter cætera. n. pfectiſſime artis in eo præcurrẽtia iudicia: etiã illud mirant̃: quod ſtat diſſimulatæ claudicationis ſub ueſte leuiter ueſtigiũ repræſentans: ut nõ tanquã exprobratũ uitiũ: ita tanquam certam ꝓpriamq; dei notam decore ſignificãs.

c Vius cõiugem Praxiteles ĩ marmore quaſi ſpirãtem in tẽplo cnidorũ collocauit ꝓpter pulchritudinem operis a libidinoſo cuiuſdam complexu parũ tutam quo excuſabilior eſt error equi: q uiſa pictura equæ hinnitum ædere coactus eſt: & canũ latratus aſpectu picti canis incitatus: taurusq; ad amorẽ & cõcubitũ æneæ uaccæ ſyracuſis nimie ſimilitudinis irritamẽto cõpulſus. Quid. n. uacua rationis animantia arte decepta miremur: cum hominis ſacrilegã cupiditatem muti lapidis liniamentis excitatam uideamus.

Quædam nulla arte effici poſſe. Cap. xii.

c Aeterum natura quẽadmodũ ſæpenumero æmulam uirium ſuarũ artem eſſe patitur: ita aliquando irritã feſſo labore dimittit: quod ſummi artificis Euphranoris manus ſenſerũt. Nam cũ Athenis. xii. deos pingeret Neptuni imaginẽ quã poterat excellentiſſimis maieſtatis coloribus cõplexus ẽ: pinde ac Iouis aliquãto auguſtiorẽ repræſẽtaturus. Sed omni ĩpetu cogitationis ĩ ſupiori ope aſſumpto poſteriores eius conatus aſſurgere quo tenebãt: nequiuerũt.

De quodam pictore.

q Vid ille alter æque nobilis pictor luctuoſum immolatę Iphigeniæ ſacrificiũ referens cũ Calcantem triſtem: mœſtũ Vlyſſem: clamantem Aiacem: lamentantem Menelaum circa arã ſtatuiſſet: caput Agamemnonis inuoluendo: nõ ne ſũmi mœroris acerbitatẽ arte exprimi nõ poſſe cõfeſſus eſt. Itaq; pictura eius aruſpicis & amici & fratris & lachrymis madet: patris flætũ ſpectantis affectu exiſtimandũ reliquit.

De quodam alio pictore.

2009 Ministerio de Cultura

a Tque ut eiuſdem ſtudii adiiciam exẽplum præcipuæ artis pi
ctor equum ab exercitatione ueniẽtẽ modo nõ uiuum labo
re induſtriæ ſuæ comprehẽderat. Cuius naribus ſpumas adiicere cu
piens tantus artifex in tam paruula materia multũ ac diu fruſtra te
nebatur: indignatione deinde accenſus ſpongiam omnibus imbutã
coloribus forte iuxta ſe poſitam apprehendit: & eam ueluti corrup/
turus opus ſuum tabulæ illiſit: quam fortuna ad ipſas equi nares di
rectam deſyderium pictoris coegit explere. Itaque quod ars adum/
brare non ualuit: caſus imitatus eſt.

Suæ queq; artis optimũ & auctorẽ eſſe & diſputatorẽ. Cap. xiii.

ſ Væ autem artis unumqueq; & auctorem & diſputatorẽ op/
timum eſſe nõ dubitemus: paucis exemplis admoneamus.

De Quinto Scæuola.

.q. Scæuola clariſſimus legũ uates & certiſſimus quotienſcũque
de iure prætorio cõſulebatᷣ ad Furium & Caſſeliũ: quia huic
ſcientiæ deditι erant: cõſultores reiiciebat: quo quidẽ facto moderati
onem ſuam magis cõmendabat quam auctoritatem minuebat: ab
his negotium aptius explicari poſſe confitendo qui quotidiano eius
uſu callebant: ſapientiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt: a quibꝫ
& propria ſtudia uerecunde: & aliena tam callide æſtimantur.

De Platone philoſopho.

p Latonis quoque eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit:
qui cõductores ſacræ aræ modũ & formam eius ſecũ ſermo
nem cõferre conatos ad Euclidem geometrẽ ire iuſſit: ſcientiæ eius
cedens imo profeſſioni. De Athenienſibus & de Philone.

g Loriantur Athenæ armamẽtario ſuo nec ſine cauſa: ẽ enim il
lud opus & impenſa & elegantia uiſcẽdum: cuius architectũ
Philonem ita facũdæ rationẽ iſtitutionis ſuæ i theatro reddidiſſe con
ſtat: ut diſertiſſimus populus nõ minorem laudem eloquentiæ eius
quam arti tribueret. De quodam Artifice.

m Irifice & ille artifex qui ĩ opere ſui muneris ſe a ſutore ſuo ð
crepida & anſulis paſſus de cruce etiã diſputare ĩcipiẽtẽ ſu/
pra plantã aſcẽdere uetuit. De Senectute. Cap. xiiii.

ſ Enectuſ quoq; ad ultimũ ſui finẽ prouecta ĩ hoc eodẽ
opere iter exẽpla ĩduſtriæ ĩ aliquot claris uiris cõſpecta
ẽ: ſeparatim tam̃ & propriũ titulũ habeat: ne cui deorꝫ



2009 Ministerio de Cultura

ímortalium præcipua indulgentia affuit & noſtra ornata m̄tio defuiſ
ſe exiſtimet: & ſimul ſpe diuturnioris uitæ: q̄ſi adminicula quædam
dent: qb; íſiſtẽs alacriorẽ ſe reſpectu uetuſtæ felicitatis facere poſſit:
tranqllitatẽq; ſæculi noſtri quã nulla unquã beatior fuit: ſubinde fi/
ducia cõfirmet ſalutaris prĩcipis ĩcolumitatẽ ad lõgiſſimos humanæ
cõdicionis terminos ꝓrogando. De. M. Valerio Coruino.

.m. Valerius Coruinus cẽteſimum annum cõpleuit: cuius ĩter
primum & ſextum cõſulatum quadragĩta & ſex anni ĩter
ceſſerunt: ſufficitq; integris uiribus corporis nõ ſolum ſpecioſiſſimis
reip. miniſteriis: ſed etiã exactiſſimæ agrorum ſuoꝝ culturæ & ciuis
& patriſfamiliæ optabile exemplum. De Metello.

c Vius uitæ ſpacium æquauit Metellus quartoq; anno poſt cõ
a Tque ut ſupbia quoq; & impotẽtia in cõſpicuo ponãt Marcus Fuluius Flaccus conſul Marci Plãcii ipſei collega: cum pniciosiſſimas reipublicæ leges ĩtroduceret de ciuitate danda: & de puocatione ad populũ eorum qui ciuitatem mutare ualuiſſent: ægre cõpulſus eſt: ut in curiam ueniret deinde partim monenti partim oranti ſenatui ut ĩcœpto deſiſteret: reſponſum nõ dedit. Tyrannici conſul ſpiritus haberet: ſi aduerſus unum ſenatorem hoc modo ſe geſſiſſet: quo Fla[c]i totius ampliſſimi ordis cõtẽnẽda maieſtate uerſatus ẽ. De. M. Druſo Tribuno.

q Væ a. M. quoq; Druſo Tr. pl. p ſũmã contumeliã uexata ẽ: parum. n. habuit. L. Philippum conſulẽ quia ſe ĩterpellare concionantẽ auſus fuerat: obtorta gula & quidẽ nõ p uiatorẽ reipublicæ ſed p clientem ſuũ adeo uiolẽter in carcerem præcipitem egiſſe: ut multus e naribus eius cruor pfunderet: Verum etiam cũ ſenatus ad eum miſiſſet: ut in curiam ueniret: quare nõ potius inquit ipſe ĩ Hoſtiliam curiam ppinquã roſtris ad me uenit? piget adiicere quod ſequit tribunus ſenatus impiũ deſpexit. Senatus tribuni uerbis paruit. De Cn. Pompeio.

c N. autem Pompeius quã inſolenter egit: qui balneo egreſſus ante pedes ſuos pſtratum Ipſeum ambitus reũ eſt nobilem uirum: & ſibi amicum iacentem reliquit: contumelioſa uoce pculcatum. Nihil. n. eũ aliud agere: quã ut cõuiuiũ ſuũ moraret: reſpõdit: & huius dicti cõſcius ſecuro aio cœnare potuit. De Eodem.

i Lle etiam in foro nõ erubuit. P. Scipionem ſocerum ſuũ legibus noxium: quas ipſe tulerat: in maxima quoq; reorum &

illuſtriũ ruina numeris loco a iudicibus depoſcere maritalis lecti blã ditiis ſtatũ reip. temperando. De Marco Antonio.

t Etrũ facto pariter ac dicto. M. Antonii cõuiuiũ: Nam cũ ad eum triũuirũ Caſetii Rufi ſenatoris caput allatũ eſſet: aduerſantibus id cæteris propius admoueri iuſſit: ac diu diligenterq; conſyderauit: cunctis deinde expectãtibus quid nã eſſet dicturus: hũc ego inquit notum nõ habui: Superba de ſenatore: impotens de occiſo cõfeſſio. Externa. De Alexandro Rege.

ſ Atis multa de noſtris: aliena nũc adiicient. Alexãdri regis uirtus & felicitas tribus inſolentiæ gradibus exultauit: Faſtidio enim Philippi Iouem Hammonem patrẽ aſciuit: tædio morũ & cultus macedonici: ueſtẽ & inſtituta perſica aſſumpſit: Spreto mortali habitu diuinum caput emulatus eſt: nec fuit pudori filiũ Hammõis ſe hominem diſſimulare. De Xerxe rege.

i Am Xerxes cuius in nomine ſuperbia & impotẽtia habitat: ſuo iure tam inſolenter uſus eſt: quod Græciæ idicturus bellũ adhibitis Aſiæ principibus: ne uiderer inquit meo tãtummodo uſus cõſilio uos contraxi. Cæterũ mementote parendum magis uobis quã ſuadendum: arroganter: etiam ſi uictori repetere ei regiam cõtigiſſet tam deformiter uicti neſcias utrum inſolentius dictum an impudentius. De Hannibale.

h Annibal autẽ cannenſis pugnæ ſucceſſu elatus: nec admiſit queq̃ ciuiũ ſuorũ ĩ caſtris: nec reſpõſum ulli niſi per ĩterpretẽ dedit. Aderbalem etiã ante tabernaculum ſuũ clara uoce affirmãtẽ proſpexiſſe ſe quonã modo paucis diebus Romæ ĩ capitolio cœnaret: aſpernatus eſt: Adeo felicitatis & moderationis diuiduum contubernium eſt. De Carthaginenſibus & campanis.

i Nſolentiæ uero inter carthaginẽſem & campanum ſenatum quaſi emulatio fuit: Ille enim ſeparato a plebe balneo lauabatur. hic diuerſo foro utebatur: quẽ morem Capuæ aliquãdiu retẽtũ. C. quoq; Gracchi oratione in Plautium ſcripta patet.

De perfidia. Capitulum Sextum.

o Ccultum iam & inſidioſum malum perfidia latebris ſuis extrahat: cuius efficaciſſimæ uires ſũt mẽtiri ac fallere fructus ĩ aliquo admiſſo ſcelere conſiſtit: tamẽ certus cũ crudelitatẽ nefariis uinculis circũdedit: tãtum

2009 Ministerio de Cultura

l

incōmodi humano generi afferens quantū ſalutis bōa fides præſtat. Habet igit nō minus reprehenſionis: q̄ illa laudis conſequit.

De Tatio Sabino.

r Omulo regnāte Spurius tarpeius arci præerat: cuius filiā uirginem aquam ſacris petitū extra mœnia egreſſam: Tatius ut armatos ſabinos in arcem ſecum reciperet: corrupit: mercædis noīe pactis quæ in ſiniſtris manibus gerebant: erant autē his armillæ & anuli magno ex pondere auri: loco potitum agmē ſabinoꝝ: puellā præmiū flagitantē: armis obrutam necauit: ꝑinde quaſi ꝓmiſſū qꝫ ea quoqꝫ leuis geſtauerant: ſoluit: Abſit reprehēſio quia īpia ꝓditio celeri pœna uindicata eſt.

De Seruio Galba.

ſ Eruius quoqꝫ Galba ſūmæ perfidiæ: Trium. n. Luſitaniæ ciuitatum cōuocato populo tanquā de cōmodis eius acturus nouem millia in qbus flos iuuētutis conſiſtebat: electa & armis exuta partim trucidauit: & partim uendidit: quo facinore maximā cladem barbaroꝝ magnitudine crimis anteceſſit.

De. Cn. Domitio.

c N. autem Domitiū ſūmi generis & magni animi uirū nimiæ gloriæ cupiditas ꝑfidum exiſtere coegit: Iratus nanqꝫ Bituito regi arbennoꝝ: quod tum ſuā tum etiam allobrogum gentē: ſe etiam tum in ꝓuincia morantē ad. Q. Fabii ſucceſſoris ſui dextrā cōfugere hortatus eſſet: ꝑ colloquii ſimulationē accerſitū hoſpitioqꝫ exceptum uinxit: ac Romam naue deportandū curauit: Cuius factum ſenatus neqꝫ ꝓbare potuit: neqꝫ reſcindere uoluit: ne remiſſus ī patriā Bituitus bellum renouaret: Igit eū Albam cuſtodiæ cauſa relegauit.

De. Q. Seruilio Cepione.

u Iriathi etiam cedes duplicē ꝑfidiæ accuſationē recepit in amicis: quod eoꝝ manibus īteremptus eſt. i. Q. Seruilio Cepione: cōſuleqꝫ is ſceleris huius auctor impunitate ꝓmiſſa fuit uictoriamqꝫ nō meruit: ſed emit.

De Carthaginenſibus.

u Erum ut ipſum fontem ꝑfidiæ contemplemur: Carthaginenſes Xantippum lacedæmonium: cuius optima opera primo punico bello uſi fuerant: & quo iuuāte Attiliū Regulū ceperāt: ſimulantes ſeſe domū reuehere ī alto miſerūt. Quid tāto facinore petentes? an ne uictoriæ eoꝝ ſocius ſuperaſſet: extat nihilominus & quidē cum opprobrio quē ſine ulla gloriæ iactura inuiolatum reliquiſſent.

De Hannibale.

2009 Ministerio de Cultura

h Annibal porro Nucerinos hortatu ſuo cũ binis ueſtimẽtis ur bem inexpugnabilibus muris cinctã egreſſos: uapore & fu/ mo balneorũ ſtrangulãdo: & aceranorum ſenatum eadem ratiõe ex tra mœnia euocatum in profundo puteorum abiiciendo: nonne bel/ lũ aduerſus populum Ro. & Italiam profeſſus: aduerſus ipſam fidẽ acrius geſſit mendatiis & fallatia quaſi præclaris artibus gaudens? Quo euenit ut alioquin inſignẽ nominis ſui memoriã relicturum in dubio maior ne an peior uir haberi deberet: poneret.

De ui & Seditione & de populo Ro. Cap. ſeptimũ.

ſ Ed ut uiolentiæ ſeditionis tam togatæ quã etiã amatæ facta referant. L. Equitiũ qui ſe Gracchi filium ſimula bat: tribunatumq; aduerſus leges cũ. L. Saturnino pe/ tebat: a Mario quintum conſulatum gerente ĩ publicã cuſtodiam ductum. populus clauſtris carceris cõuulſis raptum hu/ meris ſuis per ſummam animorum alacritatem portauit.

i Dẽq; Metellum. Q. Cenſorẽ quod ab eo tãquã Gracchi fi/ lio cẽſũ recipere nolebat: Lapidibus proſternere conatus ẽ af/ firmantẽ tantũmodo tres filios. T. Graccho fuiſſe e quibus unũ in Sardinia ſtipendia merentẽ: Alterũ infantẽ Præneſte: tertiũ poſt pa/ tris mortem natum Romæ deceſſiſſe: nec oportere clariſſimæ familiæ ignotas ſordes iſeri: cũ iteri iprouida cõcitatæ multitudis temeritas ꝓ iprudẽtia & audacia aduerſus cõſulatũ & cẽſurã tetẽdit: pricipeſque ſuos omni petulãtiæ genere uexauit.

De Eodem Populo Ro.

u Eſana hæc tantũmodo: etiã illa cruẽta ſeditio. populus enim Mumiũ cõpetitorẽ Saturnini nouẽ iã creatis tribunis unoq; loco cãdidatis duobꝫ reſtãte: ui prius ĩ ædes priuatas cõpulit: extrac/ tũ deĩde ĩteremit: ut cæde ĩtegerrimi ciuis facultas adipiſcẽdæ pote/ ſtatis teterrimo ciui daretur.

De certis creditoribus & . L. Caſſio.

c Reditorum quoq; conſternatio: aduerſũ Sempronii Aſellio/ nis prætoris urbani caput: intolerabili modo exarſit: quẽ qa cauſam debitorum ſuſceperat concitati a. L. Caſſio tr. pl. pro æde cõ cordiæ ſacrificiũ facientẽ: ab ipſis altaribus fugere extra forũ coactũ: ĩque tabernacula latitantem prætextatum diſcerpſerũt: deteſtãdi fo/ ri condicio ſed ſi caſtra reſpicias æque magna orietur indignatio.

De Militibus. L. Scyllæ & morte Gratidii.

c Vm. C. Mario lege ſulpitia prouĩcia Aſia ut aduerſus mithry



2009 Ministerio de Cultura

datem bellum gereret: priuato decreta eſſet: miſſum ab eo Gratidiũ legatum ad. L. Scyllam conſulẽ accipiendaꝝ legionũ cauſa: milites trucidarunt: ꝓculdubio indignati quod a ſummo imperio. ad eũ q nullo honore uerſaretᷣ tranſire cogeretᷣ. Sed qui ferat militẽ ſcita plebis exitio legati corrigentẽ: ꝓ cõſule iſtud tã uiolẽter exercitus: illud aduerſus cõſules. De militibus. Cn. Põpeii & morte. Q. Põpeii.

.q. Enim Pompeiũ Scyllæ collegã: ſenatus iuſſu ad exercitũ. Cn. Pom. quẽ aliquãdiu iuita ciuitate obtinebat: cõtemnerᷣ auſũ: ãbitioſi ducis illecebris corrupti milites: ſacrificare icipientem adorti in modum mactauerunt: tantumq; ſcelus curia caſtris cedere ſe confeſſa inultum hoc habuit.

De quodã exercitu: & morte. C. Carbõis.

i Lle quoq; exercitus nefarrie uiolentus: qui. C. Carbonẽ fratrẽ Carbonis ter cõſulis. ꝓpter bella ciuilia diſſolutam diſciplinã militarẽ præfractius & rigidius aſtringere conatum priuauit uita: ſatiuſq; duxit maximo ſcelere coinquinari: quã prauos ac tetros mores mutare.

De Temeritate. Cap. octauum.

t Emeritatis etiam ſubiti & uehemẽtes ſunt ĩpulſus: quorum ictibus hominum mentes cõcuſſæ nec ſua ꝑicula conſpicere nec aliena facta iuſta æſtimatione proſequi ualent.

De ſuperiore Africano.

q Vam. n. temere ſe Africanus ſupior ex Hiſpania duabꝫ quĩqueremibus ad Siphacem traiecit in uſum Numidiæ ĩ fidis præcordiis: ſuã pariter & patriæ ſalutẽ depoſiturus: Itaq; exiguo momẽto maximæ rei caſus fluctuatus eſt: utrum iteꝛfector an captiuus Scipio Siphacis fieret.

De. C. Cæſare.

n Am. C. Cæſaris anceps conatus & ſi cæleſtium cura ꝓtectus eſt tamen uix ſine horrore animi referri poteſt. ſiquidẽ ĩpatiens legionum tardioris a Brunduſio Apolloniã traiectus per ſimulationẽ aduerſæ ualitudinis cõuiuio egreſſus maieſtate ſua ſeruili ueſte occultata nauiculã cõſcendit e flumĩe: ac maris adriatici ſæua tempeſtate fauces petiit: ꝓtinuſq; in altũ dirigi iuſſo nauigio: multũ ac diu cõtrariis iactatus fluctibus tandem neceſſitati ceſſit.

De militibus Albini ducis.

a Ge illa q̃ inexecrabilis militũ temeritas: fecit. n. ut Aulus Albinus nobilitate moribus honorum omnium conſumatione

2009 Ministerio de Cultura

ciuis eximius propter falſas & inanes ſuſpiciões in caſtris ab exerci/
tu lapidibus obrueret: quodque acceſſionẽ indignationis nõ recepit
oranti atque obſecranti duci a militibus cauſæ dicẽdæ poteſtas nega
ta eſt. De Hannibale Carthaginenſi. Externa.

i Taq; minus miror apud trucem & ſæuũ Hannibalis animũ
defenſionis locum ĩnoxio gubernatori nõ fuiſſe: quæ a petilia
claſſe Africam repetẽs freto appulſus dũ tã paruo ſpatio Italiã Siciliã
que inter ſe diuiſas nõ credit: ueluti ſeditioſũ curſus rectorem inter/
emit. poſtea diligentius inexpectata ueritate tunc abſoluit cũ eius in
nocentiæ nihil ultra ſepulchri honorem dari poſſet. Igit anguſti atq;
æſtuoſi maris alto e tumulo ſpectatrix ſtatuã memoriæ pelori quam
punicæ temeritatis ultra citraq; nauigantium oculis collocatum indi
cium eſt. De Athenienſibus.

i Am athenienſiũ ciuitas ad ueſaniã uſque temeraria: quæ uni
uerſos imperatores ſuos equidem a pulcherrima uictoria ue/
niẽtes capitali iudicio exceptos necauit: ꝙ militũ corpora ſæuicia ma
ris ĩterpellãte ſepulturæ mãdare nõ potuiſſẽt neceſſitatẽ puniẽs cum
honorare uirtutẽ deberet. Quantũ ualet Error. Cap. nonum.

t Emeritati proximus eſt error queadmodum ad læden
dum par: ita cui facilius quis ignouerit quia nõ ſua ſpõ
te: ſed uanis concitatus imaginibus culpæ ſe ĩplicat: q
q̃late ĩ pectoribus hominũ uaget: ſi cõplecti coner: ui/
tio de quo loquor: ſum obnoxius: Paucos igit eius lapſus referemus
De Errore Populi Romani in Caium Aelium.

c Aius Aelius Cinna tr. pl. ex funere. C. Cæſaris domũ ſuã pe/
tẽs populi manibus diſerptus eſt pro Cornelio Cinna: ĩ quẽ
ſæuire ſe exiſtimabat iratus ei: quod cũ affinis eſſet Cæſaris aduerſus
eum nefarie raptum impiam pro roſtris orationẽ habuiſſet eoq; er
rore propulſus eſt: ut caput Aelii perinde atq; Cornelii circa rogum
Cæſaris fixum iaculo ferret officii ſui & alieni erroris piaculũ miſera
bile. De. C. Caſſio.

n Am. C. Caſſiũ error a ſemetipſo pœnas exigere coegit: Inter
illũ enim pugnæ quattuor exercituũ apud Philippos uariũ
ipſiſq; ducibus ignotũ euẽtũ: miſſus ab eo Tineus cẽturio nocturno
tẽpore ut ſpecularet: quonã ĩ ſtatu res. M. Bruti eſſẽt dum crebros
exceſſus uiæ petit: qa tenebraꝝ obſcuritas hoſtes ne an cõmilitones



2009 Ministerio de Cultura

occurrerent: dignoſcere nō ſinebat: tardius ad Caſſiū rediit: Quē is exceptū ab hoſtibus oīa quæ in eoꝝ poteſtatē recidiſſe exiſtimās fi/nire uitā ꝓperauit: cū & caſtra hoſtium inuicē capta: & Bruti copiæ magna ex parte incolumes eſſēt.

De Tineo Centurione.

t Inei uero non oblitteranda ſilentio uirtus: q oculis pauliſper hæſit inopinato iacentis ducis ſpectaculo attonitus deinde ꝓfuſus in lachrymas & ſi imprudēs inquit imperator cauſa tibi mortis fui: tamē ne idipſum impunitū ſit: accipe me fati tui comitē. Supq; exanime corpus eius iugulo ſuo gladium capulo tenus dimiſit: ac p mixto utriuſq; ſanguine duplex uictima iacuit: pietatis hæc: erroris illa.

De ſatellitibus Regis Veientium.

c Aeterum falſa opinio neſcio an præcipuā iniuriā lacertis Tolumnii ueientiū regis penatibus itulerat: nā cum ī teſſerarū ꝓſpero iactu p iocū colluſori dixiſſet occide: & forte legati Romanorū ītercueniſſēt: ſatellites eius errore uocis impulſi īterficiēdo legatos: luſū ad imperiū tranſtulerūt.

De Vltione. Cap. x.

u Ltionis autē quēadmodū acres ita iuſti aculei ſūt qui laceſſiti cōcitantur acceptū dolorē penſare cupiētes: quos latius cōplecti nō attinet.

De Tribu Popilia.

t Ri. pl. M. Fuluius ad populum de Tuſculanis rettulit: quod eoꝝ cōſilio ueliternos priuernateſq; rebellaturos diceret: qui cū cōiugibus ac liberis ſqualore obſiti cū ſupplices Romā ueniſſent accidit ut reliquis tribubus ſalutarem ſententiam ſecuti ſola Popilia iudicare oportere publice eos uerberatos ſecuri pcuti imbellē multi/tudinē ſub corona uænire: quā ob cauſam Popilia tribus in qua plurimū poſtea tuſculani in ciuitatem recepti potuerūt: neminē unquā candidatū Popiliæ tribus fecit magiſtratū: ne ad eā ullus honor ſuffragiis pueniret: quæ illis uitā ac libertatē quantū in ipſa fuit: ademerat: illam uero ultionem & ſenatus & cōſenſus omniū approbauit.

De Vltione Romanoꝝ In Adrianum.

c Vm enim Adrianus ciues Romanos qui Vticæ conſiſtebāt: ſordido impio uexaſſet. iccircoq; ab his unius eſſet exuſtus: nec quæſtio ulla in urbe hac de re habita nec querela uerſata eſt.

De Regina Tomyri. Externa.

c Laræ ultiōis utraq; Regina Tomyris quæ caput Cyrri abſciſſum ī utrē humano ſāguine repletū dimitti iuſſit: exprobrās

illi inſatiabilē cruoris ſitim: ſimulque pœnas occiſi ab eo filii ſui exi/gens: Et Beronicæ laodicis inſidiis īterceptū ſibi filiū grauiter. ferens armata currū cōſendit: perſecutaq; ſatellitē regiū crudelis operis mi/niſtrum nomine Ceneū quoniā haſta ne quicquā petierat: ſaxo ictū proſtrauit: Ac ſuper eius corpus actis equis inter īfeſta contrariæ par tis agmina ad domū in qua interfecti pueri corpus occultari arbitra/batur: perrexit.

De Morte Iaſonis.

i Aſonē theſſalum Perſarū regi bellum inferre parātē: an ſatis iuſta ultio aſſumpſerit: ambiguæ exiſtimationis ē: Taxillo. n. Gymnaſiarcho a quibuſdā iuuenibus pulſatū ſe cōqueſto permiſit: ut aut trigenas ab his dragmas exigeret: aut denas plagas ſingulis ī poneret: quo poſteriore uindicta uſo qui uapulauerāt: Iaſonē inter/fecerunt animi nō corporis dolore pœne modū exiſtimantes cæterū paruo irritamento ingenui pudoris maximæ rei expectatio ſubruta eſt: quoniā opinione græciæ tantum in ſpe Iaſonis quantum ī effec/tu Alexandri reponebatur.

Dicta improba aut facta ſcelerata. Cap. Vndecimum.

n Vnc quatenus uitæ humanæ tum bona tū etiam mala ſubſtitutis exemploꝝ imaginibus ꝓſequamur: dicta improba & facta ſcelerata referant᷑. unde autē potius q̄ a Tullia ordiar᷑ quia tēpore uetuſtiſſimū cōſciētia nefarrium uoce mōſtri ſimile exemplum eſt: Cum carpēto ueheret᷑: & his qui iumenta agebat ſucceſſis frænis cōſtitiſſet: repētinæ moræ cauſā requiſiuit: & ut comperit corpus patris Seruii Tulli occiſi ibi iacere: ſupra id duci uehiculū iuſſit: quo celerius in complexu īterfe ctoris eius Tarquinii uæniret: Qua tā impia tāque probroſa feſtina tione nō ſolū ſe æterna infamia: ſed ipſum etiā uicū cognomine ſcele ris commaculauit.

De Fimbria.

n On tam atrox. C. Fimbriæ eſt factū & dictū: ſed ſi ꝑ ſe æſti/metur utrumq; audaciſſimū: id egerat ut Scæuola in funere C. Marii iugularet᷑. quē poſtquā ex uulnere recreatum comperit: ac cuſare apud populū īſtituit: interrogatus deinde quid de eo ſecus di cturus eſſet: cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi nō poſſet: reſpōdit ſe obiectuꝝ illi: quod partius corpore tælum recepiſ/ſet: licentiam furoris ægræ reip. gemitu proſequenda.

De. L. Catilina.



2009 Ministerio de Cultura

.l. Vero Catilina in ſenatu.M.Cicerone incendiũ ab ipſo exci tatum dicẽte ſentio inquit:& quidẽ illud ſi aqua nõ potue ro:ruina extinguam:quem quid aliud exiſtimemus:quã cõſcientiæ ſtimulis actum ſimulacrum a ſe inchoati parricidii peregiſſe.

De Magichilone.

c Onſternatum etiã Magichilonis amentia pectus q.M.Mar/ cello datum a Cæſare ſpiritum ſua manu eripuit:uetus etiã pompeianæ militiæ comes indignatus aliquos ſibi amicoꝝ præferri: urbem.n.a Mytilenis quo ſe contulerat repetentẽ in Atheniẽſium portu cũ pugione cõfodit:ꝓtinuſq; ad irritamenta ueſaniæ ſuæ tru/ cidanda tetendit:amiciciæ hoſtis:diuini beneficii ĩterceptor publicæ que religionis ꝗ ad ſalutem clariſſimi ciuis recuperandam attinuit acerba labes.

De.C.Toranio.

h Anc crudelitatem cui nihil adiici poſſe ueſter .C. Toranius atrocitate parricidii ſuperauit:Nanq; trium uirorum partes ſecutus ꝓſcripti patris ſui prætorii & ornati uiri: latebras ætatẽ no/ taſq; corporis quibus agnoſci poſſet : centurionibus edidit.qui eum perſecuti ſũt.Senex de filii magis uita & incrementis:quam de reli quo ſpiritu ſuo ſollicitus an incolumis eſſet:& an impatoribus ſatiſ faceret:interrogare eos cœpit:e quibus unus ab illo ĩquit quẽ tãtoꝑe diligis demonſtratus noſtro miniſterio filii iudicio occideris: ꝓtinuſ que pectus eius gladio traiecit:collapſus itaq; eſt infelix auctore cæ dis quam ipſa cæde miſerior.

De filio Tullii Annalis.

c Vius facti acerbitatem.L.Tullius Annalis ſortitus:cum ĩ cã/ pum ad quæſtoria comitia filii deſcendẽs ꝓſcriptũ ſe cogno ſceret:ad clientem ſuũ cõfugit:ſed ne fide eius tutus eſſe poſſet: ſce lere nefarrii iuuenis effectum eſt:ſiquidẽ ꝑ ipſa ueſtigia patris mili tibus ductis occidendũ eum ĩ cõſpectu ſuo obiecit:bis parricida cõ/ ſilio prius:iterum ſpectaculo.

De Vxore Vitii fallaſſi.

n E Vitius quidem Fallaſſus ꝓſcriptus parum amari exitus: quem latentem uxor interficiendũ:quid dicam:tradidit:an ipſa iugulauit:Quanto.n.leuius eſt ſcelus : cui tantũmodo manus abeſt?Illud autẽ facinus quia externũ trãquilliori affecti narrabit͛.

De Duobus fratribꝫ filiis regis. Externa.

ſ Cipione Africano patris & patrui memoriã gladiatorio mu/ nere in Carthagine noua celebrante:duo regis filii nuꝑ patre

2009 Ministerio de Cultura

mortuo in arenã proceſſerũt:pollicitiq; ſunt ibi ſe de regno præliatu
ros:quo ſpectaculum illud illuſtrius pugna ſua facerent:eos cũ Sci
pio monuiſſet uerbis quam ferro diiudicare mallent:uter regnare de
beret:ac maior natu conſilio eius obtemperaret:iunior corporis uiri/
bus frœtus in amentia perſtitit:initoque certamine pertinacior impi
etas fortunæ iudicio morte mulctata eſt.

De Mithridate.

m Ithridates autem multo ſceleratius qui non cũ fratre de pa
terno regno:ſed cum ipſo patre bellũ de dominatiõe geſſit:
in quo quis aut homines ullos adiutores inuenerit:aut deos inuoca
re auſus ſit pro admiratione habetur.

De Sariaſtre filio Tigranis regis.

q Vanquã quid hoc quaſi iuſitatũ ullis gẽtibus miremur cum
Sariaſter aduerſus patrẽ ſuũ Tigranẽ Armeniæ regẽ ita cũ
amicis cõſenſerit:ut omnes dextris manibus ſanguinem emitterent:
atque eum inuicem ſoluerent:uix ferrent pro ſalute parentis tã cruẽ
ta conſpiratione fœdus facientem.

De Quodam qui interficere uoluit Octauianũ Auguſtum.

ſ Ed quid ego iſta conſector aut his immoror:cum unius par/
ricidii cogitatione cuncta ſcelera ſuperata cernam:omni igit
impetu mentis omnibus indignationis uiribus ad id lacerandum pio
magis quam ualido affectu rapior:Quis enim amiciciæ fide exticta
genus humanum cruentis in tenebris ſepelire conatum profundo ex
ecrationis debitæ ſatis efficacibus uerbis adegerit:Tu uidelicet eflera
tæ Barbariæ ĩmanitate truculentior habænas Romani imperii quas
prĩceps parenſque noſter ſalutari dextera continet:capere potuiſti:
Haud te compote furoris in ſuo ſtatu mundus manſiſſet:Vrbẽ a gal
lis captam & trecentorum inclytæ gentis uirorum ſtrage fœdatum al
lienſem diem:& oppreſſos in Hiſpaniam Scipiones:& tranſimenũ
lacum & cannas:bellorumque ciuilium domeſtico ſanguine manan
tes furores amentibus propoſitis furoris tui repræſentare & uincere
uoluiſti:Sed uigilarunt oculi deoꝝ:ſydera ſuũ uigorẽ obtinuerunt:
aræ puluinaria:templa præſẽti numine uallata ſũt:Nihil quod ꝑ ca
pite Auguſti ac patria excubare debuit:torporẽ ſibi permiſit:& ĩ pri
mis auctor & tutela noſtræ icolumitatis. Iupiter ne excellentiſſima
merita ſua totius orbis ruina collaberentur:diuino conſilio prouidit.



2009 Ministerio de Cultura

Itaque ſtat pax:ualent leges:ſyncærus priuati ac publici officii tenor ſeruatur:Qui autem hæc uiolatis amiciciæ fœderibus tẽptauit ſub/uertere:omni cum ſtirpe ſua populi Romani uiribus obtritus etiam apud inferos:ſi tam̃ illuc receptus eſt:quæ meret ſupplicia:pepẽdit.

De Mortibus non uulgaribus. Cap.duodecimum.

h Vmanæ autem uitæ condicionem præcipuæ primus:& ultimus dies cõtinet:quia plurimum intereſt qbus auſpiciis inchoet:& quo fine claudat:ideoq; eũ demũ felicem iudicamus:cui & accipere lucẽ proſpere & reddere placide contigit.Medii temporis curſus prout fortuna gubernaculũ rexit:modo aſpero modo tranquillo motu peragitur:ſpe ſemper minor dum & cupidæ uocis extendit:& fere ſine ratiõe cõſumit.Nãq; ſi eo bene uti uelis:etiam parum ampliſſimũ efficies numerũ annoꝝ multitudine operum ſuperando:Alioquin quid attinet inerti mora gaudere.ſi magis exigis uitã : quã approbas? Sed ne lõge euager: eorũ mentionẽ faciam qui nõ uulgari genere mortis abſumpti ſũt.

De Tullio Hoſtilio.

t Vllius Hoſtilius fulmine ictus cum tota domo cõflagrauit. Singularem fati ſortẽ qua accidit:ut columen urbis in ipſa urbe raptum:ne ſupremo quidẽ funeris honore a ciuibus decorari poſſet:cæleſti flama in eadem condicione redactum:ut eoſdem penates & regina & regum ſepulchrum haberet.

De duabus Mulieribus.

u Ix ueriſimile eſt i eripiẽdo ſpiritu idẽ gaudiũ potuiſſe quod fulmen.& tamen idem ualuit.Nũciata.n.clade quæ ad la/cũ Traſimenum inciderat:mulierũ duaꝝ altera ſoſpiti filio ad ipſã portam facta obuia complexu eius expirauit:altera cũ falſo mortis filii nuntio mæſta domi ſederet:ad primũ conſpectũ redeuntis exanimata eſt.Genus caſus inuſitatum:quas dolor non extinxerat: læticia conſumpſit.

De.M.Iuuenio Talua cõſule.

ſ Ed minus miror:quod mulieres.Marcus Iuuenius Talua cõſul collega Tiberii Gracchi cõſul iterũ cũ i Corſica quã nuper ſubegerat:ſacrificaret:receptis litteris decretas ei a ſenatu ſupplicationes nũciantibus intẽto illas animo legens:caligine orta ante foculũ collapſus mortuus humi iacuit:quem quid aliud quam nimio gau/dio euectum putemus?En cui Numantia & Carthago excidenda tra

2009 Ministerio de Cultura

deretur.

De. Q. Catulo.

m Aioris aliquāto ſpiritus dux Quītus Catulus cībrici triūphi cum Mario particeps a ſenatu datus: ſed exitus uiolentioris nanq; ab hoc eodem Mario poſtea ꝑpter ciuiles diſſenſiones mori iuſſus recenti calce illito multoque igni percalefacto cubiculo ſe īclu ſum peremit: cuius tam dira neceſſitas maximus marianæ gloriæ ru bor extitit.

De Lucio Cornelio Merula.

q Va tempeſtate tribunus plebis Lucius quoq; Cornelius Me- rula conſularis & flamen dialis ne ludibrio īſolentiſſimus ui ctoribus eſſet ī Iouis ſacrario uenis inciſis contumelioſæ mortis denū citationem effugit: ſacerdotiſq; ſui ſanguine uetuſtiſſimi fori madu erunt.

De Herennio Siculo.

a Cer & animoſus uitæ exitus Herēnii Siculi quo. C. Gracchus & aruſpice & amico uſus fuerat: nam cum eo nomine in car cerem duceretur in poſte eius illiſo capite in ipſo ignominiæ aditu concidit: ac ſpiritum depoſuit uno gradu a publico ſupplicio manu que carnificis citerior.

De Caio Lucinio.

c Onſimili impetu mortis Caius Lucinius Macer uir prætorius Calui pater repetundarum reus dū ſententiæ dicerent̄: ī Me nianum conſcendit: ſiquidem cum Marcum Ciceronem qui id iudi- cium cogebat: prætextam ponentem uidiſſet: miſit ad eū qui dice- ret ſe non damnatū ſed reū periiſſe nec ſua bona haſtæ poſſe ſubiici: Ac protinus ſudario quod forte ī manu tenebat ore & faucibus ſuis coartatis: incluſo ſpiritu pœnam more præcurrit: qua cognita re Ci- cero de eo nihil pronuntiauit. Igitur illuſtris ingenii orato ab inopia rei familiaris & a crimine domeſticæ damnationis inuſitato paterni fati genere uindicatus eſt fortis huius: illorum ꝑ ridicula.

De Cornelio Gallo & Tito Ethereo.

c Ornelius igit̄ Gallus prætorius & Titus Etheraus eques Ro. inter uſum puerilis Veneris aſſumpti ſunt: quanquā quorſū attinet eorum cauillari fata: quos non libido ſua ſed fragilitatis hu- manæ ratio abſtulit fine nanque uitæ noſtræ uaris & occultis cauſis

2009 Ministerio de Cultura

expoſito interdum immerentia ſupremi fati titulum occupant: cum magis in tempus incidant: q̃ ipſam mortem accerſant.

De Coma fratre Diogenis. Externa.

ſ Vnt & externæ mortes dignæ annotatu qualis in primis Comæ: quẽ ferunt maximi latronũ ducis Diogenis fratrẽ fuiſſe: Is. n. ad Rutilium conſulẽ ætna quam prædones tenuerant in poteſtatem noſtram redacta ꝓductus cũ de uiribus & conatibus fugitiuoꝝ interrogaret̃: ſumpto tempore ad ſe colligendum caput operuit: innixuſq; genibus compreſſo ſpiritu inter ipſas cuſtodum manus: inq; conſpectu ſũmi imperii exoptata ſecuritate acquieuit. Torpeant ſe miſeri: quibus extingui quã ſupeſſe utilius eſt: trepido & anxio cõſilio: quanam ratione uita exeat querentes ferrũ acuant. uenena temperent: laqueos apprehendant: uaſtas altitudines circũſpiciant: tanquã magno apparatu aut exquiſita molitione opus ſit: ut corporis atq; animi infirmo uinculo cohærẽs ſocietas dirimat̃. Nihil horum Coma: ſed intra pectus ĩcluſa anima finẽ ſui repperit. Enim uero minimo ſtudio retinendum bonum: cuius caduca poſſeſſio tã leui afflatu uiolentiæ cõcuſſa dilabi potuit.

De Eſchylo Poeta.

e Schyli uero poetæ exceſſus quẽadmodum non uoluntarius: ſic ꝓpter nouitatẽ caſus referẽdus: In Sicilia mœnibus urbis in qua morabat̃: egreſſus: aprico in loco reſedit: ſup quem aquila teſtudinem ferens eluſa ſplendore capitis: erat. n. capillis uacuũ: ꝑide atque lapidi eam illiſit: ut fractæ teſtudinis carne ueſceret̃: eoq; ictu origo & principium fortioris tragœdiæ extinctum eſt.

De Homero poeta.

n On uulgaris etiam Homeri mortis cauſa fert̃: qui in inſula quia quæſtionem a piſcatoribus poſitam ſoluere nõ potuiſſet dolore aſſumptus credit̃.

De Euripide poeta.

ſ Ed atrocius aliquanto Euripides finitus eſt: Ab Archelai. n. regis cœna in Macedoniam domum hoſpitalem repetens: canum morſibus laniatus obiit: Crudelitas fati tãto ingenio nõ debita fuit: ſicut illi exceſſus illuſtrium poetarum moribus & operibus indigniſſimi.

De Sophocle.

ſ Ophocles ultimæ iam ſenectutis cũ in certamine tragœdiam

2009 Ministerio de Cultura

iam dimiſiſſet: ancipiti ſententiarum euentu diu ſollicitus: aliquãdo
tamen una ſententia uictor cauſam mortis gaudium habuit.

De Philomene.

p Hilomenem uis riſus ĩmoderati abſtulit: paratas ei ficus atq;
ĩ conſpectu poſitas Aſello conſumẽte puerũ ut illum abige/
ret: inclamauit: qui cũ iã comeſtis omnibus ſuperueniſſet: quoniã ĩ
quit tam tardus fuiſti da nũc merũ Aſello. Ac protinus urbanitatem
dicti crebro anhelitu cachinnorũ ꝓſecutus ſenile guttur ſalebris ſpi
ritus anguſtia prægrauauit.

De Pindaro.

a T Pidarus cũ in Gymnaſio ſuper gremium pueri quo unico
delectabatur capite poſito quieti ſe dediſſet: nõ prius deceſſiſ
ſe cognitus eſt: quam Gymnaſiarcho claudere eum iam locũ uolẽte
ne quaquam excitaret. Cui quidem crediderim eadẽ benignitate deo
rum & tantum poeticæ facundiæ & tam placidum uitæ finem attri/
butum.

De Anacheronte.

ſ Icut Anacheronti quoque quem bis tãtum humanæ uitæ mo
dum ſupergreſſum dum paſſæ uuæ ſuco tenues & exiles ui/
rium reliquias foueret: unius graui pertinacior in aridis faucibus hu
mor aſſumpſit. Iungam illos quos & propoſitum & exitus pares fe
cit.

De Milone Crotoniate.

m Ilo Crotoniates cum iter faciẽs quercũ ĩ agro cuneis adactis
fiſſam uidiſſet: frætus uiribus acceſſit ad eam: inſertiſq; ma
nibus diuellere conatus eſt: quas arbor excuſſis cuneis in ſuam natu
ram reuocata compreſſit: eũque cum tot gymnicis palmis lacerandũ
feris præbuit.

De Polidamo.

i Tem Polidamus athleta tẽpeſtate ſpeluncam ſubire coactus
nimio & ſubito incurſu aquæ: labefacta ea ac ruẽte cæteris co
mitibus fuga periculũ egreſſis ſolus reſtitit tanquã humeris ſuis toti
us ruinæ molẽ ſubſtẽtaturus: ſed põdere omni corpore humano po
tentiore preſſus: ĩbribꝰ petitã latebrã demẽtis fati ſepulchrũ habuit:

p O ſſunt ii præbere documentum nimio robore membrorũ ui
gorem mentis hebeſcere quaſi abnuente natura utriuſq; bo/
ni ſapientiæ & fortitudinis largitionem ne ſupra mortalem ſit felici/
tatem eundem & ualentiſſimum eſſe & ſapientiſſimum.

De cupiditate uitæ. Cap. tertiumdecimũ.

h Eꝝ qa exceſſus e uita & fortuitos & uiriles quoſdã etiã

2009 Ministerio de Cultura

temerarios oratione attingimus : Subiiciamus nunc exiſtimationi enerues & effœminatos ut in ipſa comparatione pateat: quãto nõ ſolũ fortior: ſed etiã ſapientior mortis interdũ quã uitæ ſit cupiditas.

De Marco Aquilio.

m Arcus Aquilius cum ſibi glorioſe mortẽ conſciſcere poſſet: Mithridati maluit turpiter ſeruire : quem quis non merito dixerit pontico ſupplicio quã Romano ĩperio digniorẽ: quoniã cõmiſit: ut priuatũ opprobriũ publicus rubor exiſteret.

De Cneo Carbone.

c N. quoq; Carbo magnæ uerecũdiæ eſt latinis annalibus tertio in cõſulatu ſuo iuſſu Pompeii in Siciliam ad ſupplicium petiit a militibus demiſſe & flæbiliter : ut ſibi aluũ leuare priuſquã expiraret: liceret. quo miſerrimæ lucis uſu diutius frueret᷑: eoq; morã trahẽs donec caput eius ſordido in loco ſedentis abſcideret᷑: ipſa uerba tale flagitiũ narrantis ſecum luctant᷑: nec ſilentio amica quia occultari nõ merent᷑: neq; relationi familiaria : quia dictu faſtidienda ſunt.

De Bruto.

q Vid Brutus᷑ exiguũ & infelix momentũ uitæ quanto dedecore emit: qui a Furio quẽ ad eum occidendũ Antonius miſerat: comprehenſus non ſolũ ceruicẽ gladio ſubtraxit: ſed etiã conſtantius eã præbere admonitus ipſis his uerbis iurauit. Ita uiuã dabo cunctationẽ fati ærumnoſam. o iurandi ſtolidam fidem: ſed hos tu furores ĩmoderata retinendi ſpiritus dulcedo ſubiicis: Sane rationis modum expugnãdo quæ uitã diligere mortẽ nõ timere præcipit.

De Xerxe Rege.

e Adem Xerxem regem ꝓ totius Aſiæ armata iuuẽtute quod intra centum annos eſſet obitura ꝓfundere lachrymas coegiſti: qui mihi ſpem aliena re uera ſuam condicionẽ deploraſſe uidet᷑: opum magnitudine quã altiore animi ſenſu felicior. Quis. n. etiam mediocriter prudens mortalẽ ſenatum flæuerit᷑

Quam exquiſita cuſtodia uſi ſint: Quibus ſuſpecti domeſtici fuerunt. Cap. xiiii.

r Eferam nunc eos quibus aliquos ſuſpectos habentibus exquiſitior ſui cuſtodia quæſita eſt. Nec a miſerrimo: ſed ab eo: qui inter paucos feliciſſimus fuiſſe credit᷑: incipiam.

De Maſiniſſa Rege.

2009 Ministerio de Cultura

m Aſiniſſa rex parũ fidei ĩ pectoribus hominũ reponẽs: ſalutẽ ſuam cuſtodia canũ uallauit: quo tã late patens imperium: quo tantus librorũ numerus: quo deniq; tã arta beniuolentia cõſtricta Romana amicicia: ſi ad hæc tuenda nihil canino latratu ac morſu ualentius duxit.

De Rege Alexandro.

h Oc rege infelicior Alexander: cuius præcordia hinc amor: hic metus torſerunt: nã cũ infinito ardore cõiugis Thebes teneretur: ad eãdem ex epulis in cubiculum ueniens: barbarorum cõuictũ notis threiciis ſtricto gladio iubebat anteire. nec prius ſe idem lecto committebat: quam a ſtipatoribus diligenter eſſet ſcrutatus: ſupplicium irato deorum numine compoſitũ: nec libidini nec timori poſſe imperare: Cuius timori eadem & cauſa & finis fuit. Alexãdrũ Thebe pellicatus ira mota interemit.

De Dionyſio Rege Syracuſarum.

a Ge Dionyſius Syracuſanoꝝ tyrannus huiuſce tormenti quã longa fabula qui duo de quadraginta annoꝝ dominationẽ ĩ hunc modũ peregit: ſummotis amicis ĩ eorũ locũ ferociſſimaꝝ gẽtiũ homines & a famulis locupletum electos præualidos ſeruos quibus latera ſua cõmitteret: ſubſtinuit. tonſorũ quoq; metu tondere filias ſuas edocuit: quarũ ipſarum poſtquã adultæ ætati appropĩquabãt: manibus ferrũ nõ auſus cõmittere inſtituit: ut cãdẽtium gladiũ aut nucum putaminibus nõ captã manibus barbam ſibi & capillos adurerent. Nec ſecuriorẽ ſe maritum egit quã patrẽ. Duarũ enim eodẽ tẽpore Ariſtomaches ſyracuſanæ & locrenſis Doridis matrimoniis alligatus neutrius unq̃ niſi excuſſæ cõplexum petiit. Atq; cubicularẽ lectum perinde quaſi caſtra lata foſſa cinxit: in quẽ ſe ligneo põte recipiebat: cum forẽ cubiculi extrinſecus a cuſtodibus opertã ĩteriorẽ clauſtro ipſe diligenter obſeraſſet.

De Similitudine Formæ. Cap. Quintodecimum.

d E ſimilitudine autẽ oris & totius corporis altior doctrina præditi ſubtilius diſputãt: eorumq; alii ĩ ea ſũt opinione: ut exiſtimẽt illã origini & contextui ſanguinis reſpondere. Nec paruum argumẽtum ex cæteris aĩmalibus trahunt: quæ fere gignẽtibus ſimilia naſcũť. Alii negant certã hanc eſſe naturæ legem: ſed ſpecies mortalium prout fortuita ſors conceptionis obtulit attribui: atque ideo plærunque ex ſpecioſis

2009 Ministerio de Cultura

deformis:& ex robuſtis inualidus partus edit̃. Verum quoniã iſta quæſtio in ambiguo uerſat̃:pauca inter alienos cõſpectæ ſimilitudinis exempla referemus.

De Iunio & Publicio Libertino ſimilibus Põpeio magno.

m Agno Põpeio Iunius igenuæ ſtirpis & Publicius Libertinus ita ſimiles fuerũt:ut permutato ſtatu & Põpeius in illis & illi in Pompeio ſalutari poſſent:Certe quocũq; aut Iunius aut Publicius acceſſerant:ora hominũ in ſe obuertebãt. Vnoquoq; ſpeciẽ ãpliſſimi ciuis in ꝑſonis mediocribus annotante. Quod quidẽ fortuitum ludibrium quaſi hæreditatem ad eum penetrauit.

De Menogene Coco ſimili patri Pompeii magni.

n Am pater quoq; eius eo uſq; Menogenis Coci ſui ſimilis eſſe uiſus eſt:ut uir & armis præpotens:& ferox animo ſordidũ eius nomen repellere a ſe non ualuerit.

De Cornelio Scipione cognominato Serapion.

e Ximiæ uero nobilitatis adoleſcẽs Cornelius Scipio cũ pluri/mis & clariſſimis familiæ ſuæ cognominibus abundare in ſeruile Serapionis appellationem uulgi ſermone impactus ẽ:quod huiuſce nominis uictimario q̃ ſimilis erat:nec illi aut morũ ꝓbitas aut reſpectus tot imaginũ quo minus hac cõtumelia aſꝑgeret̃ opitulata eſt.

De Lentulo & Metello ſimilibus ſeu hiſtrionibus.

g Eneroſiſſimus cõſulatus collegio Lentuli & Metelli fuit:qui ambo i ſcænã ꝓpter ſimilitudinẽ hiſtrionũ ꝓpemodũ ſpec/tati ſunt. Sed alter ex quodã aſſeclarum cognomen ſpinteris traxit. Alter niſi nepotis a moribus accepiſſet: Pamphili retiari cui ſimilli/mus eſſe ferebat̃. habuiſſet.

De. M. Meſſala ſimili Menogeni & Curione ſimili Burbulei.

a T. M Meſſala cõſularis & cenſorius Menogenis Curioq; oibꝫ honoribus abundans Burbulei. ille ꝓpter oris aſpectum: hic ꝓpter parẽ corporis motũ uterq; ſænici nomẽ coactus ẽ recipe. Abũ/de ſint hæc domeſticis:qm̃ & ꝑſonis ſunt excellẽtia: & non obſcura noticia celebrant̃.

De Rege Antiocho ſimili Artenio.

r Egi Antiocho unus ex æqualibus & ipſe regiæ ſtirpis nomĩe Artenio perquã ſimilis fuiſſe tradit̃:quẽ laodice uxor Antio/chi interfecto uiro diſſimulandi ſceleris gratia in lectulo peride quaſi ipſum regem ægrum collocauit. Admiſſũque uniuerſum populũ

2009 Ministerio de Cultura

& ſermone eius & uultu cõſimili fefellit:credideruntq; homines ab Antiocho moriente laodicem & natos eius ſibi commendari.

De Hibronata Milaſeo ſimili cuidã Seruo Cimeorũ.

h Ibronata autẽ Milaſeũ copioſæ atque concitatæ facũdiæ oratorem cimeorum ſeruo ſtragmẽta Gymnaſii colligenti tam ſimilem ferunt:ut tanquam germanũ fratrem totius Aſiæ oculi aſſignauerint:ita liniamentis oris & omniũ membrorum cõpares erant.

De quodam prætore Romano ſimili cuidã Siculo.

i Lle uero quem ĩ Sicilia prætoris admodũ ſimilẽ fuiſſe cõſtat petulãtis animi: ꝓ cõſule.n.dicẽte mirari ſe quapropter ſui tã ſimilis eſſet:cũ pater ſuus ĩ eã prouĩciã nũquã acceſſiſſet. At meus ĩ qt Romã frequẽter acceſſit. Ioco nãq; laceſſitã matris ſuæ pudicitiã ĩ uicẽ ſuſpitione ĩ matrẽ eius reiecta audacius q̃ uirgis & ſecurib; ſubiecto cõueniebat:ultus ẽ.

De his qui in infimo loco nati mendacioſe clariſſimis familiis inſerere conati ſunt. Cap. ſextodecimum.

ſ Ed tolerabilis hæc & uni tantũmodo anceps temeritas: quod ſequit̃ ĩpudentiæ genus nec ferendũ ullo modo ꝑiculiq; tũ priuatĩ tum etiã publice late patẽtis. Nã ut eqtium firmo piceno mõſtrũ ueniẽs relatũ iã ĩ huiuſce libri ſuperiore parte prætereã:cuius ĩ amplectẽdo Tito Graccho patre euidẽs mẽdaciũ turbulento uulgi errore ampliſſima tribunatus poteſtate uallatum eſt.

De Helophilo Equario.

h Elophilus Equarius medicus. C. Mariũ ſepties cõſulem auũ ſibi uændicãdo ita ſe excudit:ut & coloniæ ſe ueteranorum cõplures & municipia ſplendida collegiaq; fere omnia patronũ adoptarent. Quin etiam cum. C. Cæſar. Cn. Pompeio adoleſcẽte ĩ Hiſpania oppreſſo populum ĩ hortis ſuis admiſiſſet. proximo intercolũnio pene pari ſtudio frequentiæ ſalutatus eſt:quod niſi diuinæ Cæſaris uires huic erubeſcendæ procellæ obſtitiſſent:ſimile uulnus reſp. excepiſſet:atq; ĩ Equitio cæperat. Cæterũ decreto eius extra Italiam relegatus poſtq̃ ille cælo receptus eſt:in urbem rediit:& conſilium interficiendi ſenatus capere ſuſtinuit:quo nomine iuſſu patrum necatus ĩ carcere:feras ꝓmpti animi ad omne moliẽdũ ſcelus pœnas pepẽdit.

De Quodam qui ſe fecit filium Octauiæ ſororis Auguſti.

2009 Ministerio de Cultura

n Ec diui quidẽ Auguſti etiã nunc terras regẽtis excellẽtiſſimũ numen intemptatũ ab hoc iniuriæ genere extitit: q clariſſimæ ac ſanctiſſimæ ſororis eius Octauiæ utero ſe genitũ fingere auderet: ꝓpter ſummam autem imbecillitatem corporis ab eo cui datus erat perinde atq; ipſius filiũ retentum ſubiecto in locum ſuũ ꝓprio filio diceret, uidelicet, ut eodẽ tẽpore ſanctiſſimi penates & ueri ſanguis memoria ſpoliarent̃: & falſi ſordida contagione inquinarent̃: Sed cũ impletis impudentiæ uelis ad ſummũ audaciæ gradũ fert̃: imperio Auguſti remo publice triremis affixus eſt.

De Quodam qui ſe dicebat filiũ Quinti Sertorii.

r Epertus eſt etiam qui ſe diceret eſſe. Q . Sertorii filiũ: quẽ ut agnoſceret uxor eius nulla ui cõpelli potuit.

q Vid Trebellius Calca q̃ aſſeueranter ſe Clodium tulit? & quidẽ dum de bonis eius cõtendit in cẽtum uirale iudiciũ adeo fauorabilis deſcẽdit: ut uix iuſtis & æquis ſententiis cõſternatio po/puli nullũ relinqueret locum: in illa tamẽ quæſtione neq; calumniæ petitoris nec uiolentiæ plebis iudicantiũ religio ceſſit.

m Vlto fortius ille qui Cornelio Scylla rep. potiente in domũ Cn. Aſſidionis erupit: filiumq; eius patris penatibus expulit uociferando nõ illum: ſed ſe Aſſidione eſſe ꝓcreatum. Verũ poſtq̃ a Scyllana uiolẽtia Cæſariana eqtas reduxit gubernacula Romãi ipe rii iuſtiore prĩcipe obtinẽte rẽp. i publica cuſtodia ſpiritũ poſuit.

e Odem præſide reip. i conſimili mendatio muliebris temeri/tas Mediolani repreſſa eſt: Siquidẽ cum ſe ꝓrubrica quædã ꝑinde ac falſo credita eſſet: incendio periiſſe nihil ad ſe ꝑtinentibus bonis inſereret: nec ei aut tractus eius ſplendidi teſtes aut cohortis Auguſti fauor deeſſet propter inexpugnabilem Cæſaris conſtantiam irrita nefarrii ꝓpoſiti abiit.

i Dem Barbarum quendam ob eximiam ſimilitudinẽ Cappa/dociæ regnum affectantem tanquam Ariates eſſet: quẽ a. M. Antonio interemptum luce clarius erat. quãquam pœne totius oriẽtis ciuitatum & gentium credula ſuffragatione ſuffultũ caput impio demẽter imminens iuſto impendere ſupplicio coegit.

.P.F. M.CCCC.LXXVIII.KL.IVLII. .S.F.
.B.R. VENETIIS IMPRESSIT. .Z.F.

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

Ejemplar
politicum y morale
V. Maximo

2009 Ministerio.de